

## ARTICVLVS I.

*Proponuntur, quæ in Divo Thoma obijciuntur.*

**D**Vplex propositionum genus in D. Thom. iactatur. Quædam, vt erroneæ, aut indefensabiles. Aliæ, vt dignæ, quæ deserantur, vt minùs commodiores explicandæ fidei, & Theologiæ, aut in scholis minùs benè visæ.

*Circa primum genus.*

**P**Rimò obijcitur, quia in materia de Cõceptione Beatissimæ Virginis duo protulit D. Thom. quæ hodie sustineri non possunt. Alterum, quia affirmat esse erroneum dicere, quòd aliquis præter Christum sit sine originali peccato conceptus. Quæ censura est expressè contra determinationem Sixti IV. Pi, V. Concilij Tridentini, & aliorum Summorum Pontificum; qui declararunt, non esse erroneum dicere B. Virginem esse præseruatam ab originali, & prohibent quamcunque censuram in oppositum. Quòd autem id dixerit D. Thom. constat ex I. 2. q. 81. art. 3. *Dicendum, quòd secundùm fidem Catholicam firmiter est tenendum, quòd omnes homines, præter Christum solum, ex Adam deriuati peccatum originale contrahunt; alioquin non indigerent redemptione per Christum, quòd est erroneum.* Alterum, quòd protulit D. Thom. est, quòd quia ignoratur, quo tempore B. Virgo fuerit sanctificata, celebratur festum sanctificationis eius potius, quàm Conceptionis. Ita 3. par. q. 27. art. 2. Hoc autem reprobatur est à Gregor. XV. in peculiari decreto, quo prohibet nullo modo in officio diuino utendum esse nomine sanctificationis, sed Conceptionis.

Has duas propositiones ex D. Thoma affert Auctor Elucidarij Deiparæ lib. 4. tract. 5. pag. 969. quasi ab alijs obiectas. Et proferens iudicium de his. pag. 973. dicit, quòd si Doctor sanctus has propositiones docuisset, eius auctoritas in hac parte esset debilitata per Sedem Aposto-

licam. Sed auctoritatem relatam ex 3. p. dicit ex fraude, & corruptela irrepsisse in textum D. Tho. In 1. 2. verò illam censuram non esse D. Tho. sed à nonnullis iniquè declaratam. Et D. Thom. solùm damnare id, quòd infert tanquam inconueniens, scilicet aliquem non indigere redemptione per Christum, non verò errore notare, quòd aliquis sine peccato sit conceptus.

## ARTICVLVS II.

*Quis sit sensus D. Tho. circa ea, quæ Ecclesia docet de Immaculata Virginis Conceptione?*

**H**ÆC est apud oppositos auctores fortior machina. quæ in solidissimū doctrinæ D. Thomæ murum arietat, & plures ad classicum excitauit, nec modicam vtriusque partis bilem accendit in asserenda, vel profliganda alterutra sententia. Vnde coacti sunt Romani Pontifices iteratis edictis publicas disputationes in hac re inhibere, & tandem indictū est silèrium parti affirmatiuæ, & cautum, ne, qui piam opinionem sequuntur, aliam impugnent, aut de ea quomodolibet agant aut tractent. Ita Paulus V. & Gregorius XV. in suis constitutionibus pro Immaculata Conceptione. Excepit tamen ab hoc silentio ipse Gregorius XV. Fratres Ordinis Prædicatorum, vt licitè possint inter se, & non cum alijs de ipsa tractare; vt constat ex Bulla, quæ incipit: *Eximij. & singulares fructus.* 28. Iulij anno 1622. Quare nobis non licet quidquam tractare, vel agere de opinione affirmante contractionem peccati; licet tamen Ecclesiæ sensum, quem omnibus Apostolica Sedes proponit hic etiam exhibere, & quid senserit D. Thom. explicare, & sicut ab alijs auctoribus in tuum sensum adducitur, ita nobis licebit verum illius sensum indagare, nihil de ipsa opinione tangentes.

*Quam*



*Quam sobrie Ecclesia in hoc mysterio loquatur.*

**A**rcanum hoc mysterium Ecclesia Spiritu Sancto gubernata, & instructa, sic summa pietate veneratur, vt tamen magna cum moderatione in re tanti momenti procedat, & loquatur, & à suis fidelibus sic sentire velit.

Primò igitur docent, & testantur Pontifices articulum hunc nondum esse ab Apostolica Sede definitum, seu declaratum. Ita Sixtus IV. in Extrauag. *Græuimus*, Pius V. in constitutione, quæ incipit, *Super speculam*, & Greg. XV. infra citandus. Vnde quod aliqui afferunt ex decreto quodam Concilij Basileensis sess. 36. in quo definitur probabiliorem esse sententiam piam de Immaculato conceptu Virginis, constat omni auctoritate carere, tum, quia Concilium illud iam in ea sessione erat acephalum, & à vero, & legitimo Pontifice Eug. IV. segregatum; tum, quia Sixtus IV. qui fuit post illud Concilium, aliquè eius successores expressè docent articulum hunc nondum esse à Sede Apostolica declaratum. Ergo quantum ad hoc nunquam illud decretum Basileense admissum est, neque confirmatum.

Secundò, quanta sollicitudine, attentione, & cautela in hac parte Apostolica Sedes processerit, & procedat, non aliunde, quàm ex ipsis litteris Gregorij XV. constare poterit, in cuius Pontificatus initio diligentissimè procuratum est, vt res ista tandem ad optatam definitionem perduceretur. Is enim Pontifex in litteris ad Catholicum Regem Philippum IV. pro hac re sollicitè pro sua habita pietate urgentem, sic rescripsit: *Ne quid tamen noui in tanta re decernatur, monet tum negotij magnitudo; tum Romanorum Pontificum prædecessorum exemplum. Spiritus Sancti enim vocem auscultare, non humanarum rationum ponderibus rem examinare debemus, qui in diuina sapientia cathedra Christiano Orbi à Deo præfetti sumus. Quare cum nondum aeterna sapientia Ecclesie sue tanti mysterij penetralia patefecerit in Dei, Romanorumquè Pontificum auctoritate debent fideles con-*

*quiescere.* Ita habetur ex libro legationis Episcopi de Carthagera, & refert Grauius in Apologetico pro sacro deposito cap. 12. in fine. Sed præstat integras litteras auscultari eiusdem Pontificis ad Serenissimam Infantem Margaritam de Cruce (rarum huius sæculi, & superiorum exemplum) in Regio Discalceatarum Cœnobio Matritensi, olim Sanctimonialem, cui de hac materia sic Pontifex rescripsit, breui, sed pleno maiestatis stylo rem tantam ponderans.

*Hic Auctor inserit Bullam, quæ incipit, Angelicis choris interesse, &c. Romæ 4. Iunii 1622. vt habetur in Regesto col. 278.*

His planè litteris edocemur, quanta sobrietate, grauitate, & circumspectione in hac materia loqui nos decet, quantum à proprii iudicij pernicacia, aut tenacitate, & ab opinionum propriarum adhesionem auelli, & sola mentis, atque opinionum resignatione ipsi gloriosissimæ, & purissimæ Virgini ad pedes Romani Apostolatus deservire debeamus: hoc enim ipsi verè, & super omnia gratissimum fore Ecclesie ipsa nos docet. Satagamus ergo hoc diligenter exequi quicumque in vera humilitate tantæ Reginae purè, fideliterquè obsequi profitemur. Hanc modestiam planè sequutus est D. Thomas, & hanc nos docuit, & ita in hac parte sensit, vt semper locum dederit illi sensui, qui modo ab Ecclesia admittitur, nec illi vnquam contradixit. *Quid? Quod Scotus ipse subtilissimus, ita & modestissimus Doctor, adeò sobriè, & cautè rem istam tractauit, vt mirandum posteritati de hac re exemplum reliquerit? Cū enim in 3. dist. 3. q. 1. difficultatem hanc ventilasset, & quibus modis possibile Deo fuisset, suæ purissimæ matris animam in primo instanti animationis gratam, sanctamquè efficere, descendens ad quaestionem de facto, & quid in illo occultissimo, atque caelesti mysterio ineffabilis Dei misericordia exequuta sit, hac verba subiicit: *Quid autem horum trium, quæ ostensa sunt esse possibilia, factum sit, Deus nouit; si auctoritati Ecclesie, vel auctoritati Scripturae non repugnet, videtur probabile, quod**



*excellētius est, attribuere MARIÆ. Nihil plus in hac quæstione defacto Scotus determinauit, & multum in breuibus istis verbis nos docuit.*

*Ad D. Thomæ sensum declarandum quædam prænotantur.*

**N**ihil mihi videtur ita commendare cælestem D. Tho. doctrinam, quàm si attentè inspiciamus, quanta vigilantia sancti D. calamus in hac re diuina providentia temperarit, ne in particulari aliquid describeret, quod præsentī Ecclesiæ statui, & sensui, quem habet circa Virgineum conceptum, contradicere possit.

Duo ergo oportet diligenter prænotare in D. Tho. doctrina pro huius determinationis luce. Primum, longè aliter locutum fuisse D. Tho. cum in generali, & in communi ageret de vniuersalitate peccati originalis, quàm est ex vi legis, & omni priuilegio secluso, aliter cum in particulari de B. Virgine tractauit, vbi de ipsius præseruatione ex vi priuilegij agebatur. Nam loquendo ex vi legis ita vniuersalitatem originalis peccati extendit, vt nulli exceptioni dederit locum, & oppositum censura inuulerit, vt statim ostendemus: vbi autè in singulari agit D. Tho. de ipsa B. V. an sit excepta à peccato originali, nusquam censuram aliquam apposuit. Secundum, quod aduertimus est, quòd D. Tho. nunquam proposuit quæstionem directè: *An B. Virgo contraxerit peccatum originale; an verò fuerit præseruata, sed vtrum fuerit sanctificata ante animationem?* Quia cum in Conceptione B. Virginis attendantur duo, scilicet, & persona concepta, vt terminus, & actio ipsa generandi, seu concipiendi, & vtrumque conceptionis nomine significari soleat, & possit, non fuit sollicitus D. Tho. quætere de persona, an fuerit præseruatione priuilegiata, sed de actione, & de principijs, ex quibus generata est persona, scilicet, anima, vel carne ante animationem, an ex vi sua induxerint sanctitatem in persona, & curæ fuit ipsi excludere ab actione priuilegium, & carentiam debiti contrahendi peccatū; hæc enim carentia ex ipsa actio-

nis generatiuæ sanctitate, seu priuilegio sequebatur. De persona verò concepta, an fuerit priuilegiata, non obstante actione ipsa, seu actiua conceptione, quæ de se in peccatum ruebat, D. Tho. non multum tractauit, etsi loquendo de opinionibus, quæ suo tempore iam currebant, de vtraque locutus sit probabiliter, sicut illo tempore debebat loqui propter Romanæ Ecclesiæ auctoritatem, nondum tunc positiuè fauentis, sed solum permittentis opinionem piam, & ita ad Ecclesiæ auctoritatem se remittit, sicut & Scotus fecit, cum iudicium de hac re protulit, quantum ad quæstionem defacto.

Igitur circa primum hoc punctum, quod notamus, aduertendum est, quòd fuit necessarium D. Thomæ tractare illam quæstionem, cum ageret de peccato originali, an vniuersaliter in omnes homines pertranseat ex vi legis, & secluso priuilegio, quia hæresis Pelagiana, licet à principio negaret peccatum originale in parvulis, sed peccatum Adæ sibi soli nocuisse affirmaret; tamen postea ita peccatum originale confessi sunt, qui tamen asseriebant non in omnes homines pertransire, nullo excepto (ex vi legis loquebantur, non ratione priuilegij.) Et cum Apostolus dicit Rom. V. *In omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt; ly omnes*, dicebant idem esse, quòd *multos*, nō autem omnes, nullo excepto, qui in eodem cap. dicebant, Apostolum indicasse, dum dicit: *Per vnus inobedientiam peccatores constituti sunt multi*, & sic *ly omnes*, idem est, quòd *multi*. Et dicendo de Christo. *Per vnus iustitiam in omnes homines in iustificationem, ly omnes*, non intelligitur de omnibus, nemine excepto, sed de multis, qui iustificantur.

Hoc ergo aduertens August. in Pelagio, & Iuliano, eius discipulo, non solum contra fidem esse asseruit negare peccatū originale in parvulis, sicut primò negauit Pelagius, sed etiam affirmare, quòd non omnes tangit, nemine excepto ex vi legis ordinariæ, sicut secundo Pelagius dixit. Videndus est August. lib. de natura, & gratia cap. 41. vbi inquit: *Illud, quòd commemorauit, per vnus hominem peccatum in-*



trauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt, & antiquos, & recentiores, & nos, & posteriores nostros sententia ista complectitur. Ponit etiam Pelagius testimonium, unde probet, cum dicitur omnes, non semper omnes nullo prætermissio debere intelligi, sicut inquit, per vnius hominis delictum in omnes homines in condemnationem, sic per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ, cum per Christi, inquit, iustitiam non omnes homines, sed eos tantum, qui illi obedire voluerunt, sanctificatos esse non dubium sit. Non planè testimonio isto probat, quod vult; nam sicut dictum est, sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem, ut nullus prætermittetur, sic in eo, quod dictum est per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ nullus prætermittitur, non quia omnes in eum credunt, sed quia nemo iustificatur, nisi in eum credat. Ad hæc in lib. 6. contra Iulianum cap. 12. aliàs 24. postquam probauit August. illud verbum, omnes, significare omnes, nullo prætermissio, subdit: Vos autem dum non omnes, sed multos per Adam condemnatos, sine per Christum liberatos vultis intelligi, horrenda peruersitate Christianæ Religionis resistitis. Deniquè in libro de perfectione iustitiæ cap. 21. tomo 7. eisdem fere verbis, & sub eadem censura loquitur August. ac D. Tho. in prima secundæ quæst. 81. iam citata, dicit enim August. Quisquis esse, vel fuisse in hac vita aliquem hominem, vel aliquos homines putat vno excepto mediatore Dei, & hominum, quibus non fuerit necessaria remissio peccatorum, contrarius est diuinæ Scripturæ, ubi Apostolus ait; Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Et necesse est, ut impia contentione asserat, esse posse homines, qui sine mediatore Christo liberante, atque saluante sint liberi, saluiquè à peccato. Hæc August. Illatio apertè sequitur in Pelagij sententia, si ex vi legis, & secluso privilegio non in omnes homines nullo prætermissio peccatum transiret, sed aliquis sine illo generaretur; tunc enim ille non indigeret redemptione per Christum,

quia ex ipsa lege ordinaria careret peccato.

Ex his ergo manifestè deducitur, quòd cum D. Tho. tractauit de natura peccati originalis, eiusquè vniuersalitate, & amplitudine in totum genus humanum, oportuit determinare contra Pelagium, & secundum fidem Catholicam non solum contrahi peccatum originale à parvulis, sed etiam in omnes homines, nullo prætermissio, peccatum hoc transire, excepto Christo, ex vi legis loquendo, cum etiam hoc secundum fuerit à Pelagio assertum, & tanquam distinctus articulus in Concilio Palestino fuerit ei propositus ad abiurandum. Nam primò dictum est, ut abiuraret; Quòd peccatum Adam ipsum solum læserit, & non genus humanum. Secundò; Quòd per mortem, & præuaricationem Adæ non omne genus humanum moriatur, & quòd non per resurrectionem Christi omne genus humanum resurgeret. Igitur D. Tho. debuit explicare hoc specialiter, quia secundum fidem Catholicam contra Pelagium fatendum est, omnes homines nullo excepto, nisi vno mediatore Christo, loquendo ex vi legis, & secluso privilegio (ut loquitur D. Tho. & August. ut potè contra Pelagium) contrahere peccatum originale, & sic posuit D. Tho. 1. 2. q. 81. art. 3. & q. 4. de malo, art. 6. & in 4. dist. 43. quæst. 1. art. 4. ad 3. & sub censura id debuit affirmare, quia est dogma Catholicum contra Pelagij hæresim, & sub eadem censura notatur ab August. locis cit. & ob eandem rationem, qua vtitur D. Tho. scilicet, quia aliàs non indigeret aliquis redemptione per Christum, de quo etiam videndus est August. 6. cōtra Iulianum cap. 4. & 5. contra Iulianum cap. 2. & 20. de ciuit. cap. 6. & lib. de fide ad Petrum cap. 26.

Neque verba D. Thomæ, & August. ita vniuersalia, & sub censura posita in aliquo lædunt, aut tangunt singulare Beatissimæ Virginis privilegium, quis quando lex aliqua fertur vniuersaliter pro omnibus, in toto rigore veritatis dicitur, quòd lex illa omnes nullo prætermissio comprehendit, etiamsi aliquis per privilegium excipiatur: non enim hæc duo in-



ter se pugnant, quòd ex vi legis omnes sint comprehensi, & ex vi priuilegij aliquis sit exemptus; imò potius natura priuilegij supponit, ex vi legis oppositum deberi, alioquin priuilegium non esset, si ab vniuersalitate legis non exciperet; hoc enim sensu, dixit optimè August. epist. 50. *Quòd dispensatio est vulnus contra integritatem seueritatis.* Non ergo priuilegium tollit vniuersalitatem ex vi legis, sed supponit; excipit autem ex vi priuilegij. Vnde Esther 15. dixit Assuerus Rex: *Non pro te, sed pro omnibus hæc lex lata est.* Vbi conuenientiùs videbatur dicendum, non pro te, sed pro reliquis; non autem dixit sic, sed pro omnibus, vt daretur intelligi optimè stare, quòd lex sit pro omnibus vniuersaliter, licèt non sit pro aliquo ex vi priuilegij. Ergo benè stat, de fide esse, quòd ex vi legis ordinariæ omnes incurrunt peccatum, solo Christo excepto, & tamen in nullo lædatur singulare priuilegium Virginis.

Scio Caet. & Medinam super illum locum ex prima secundæ, propositionem D. Thomæ in hoc sensu accipere, quòd solum sit de fide omnes homines contrahere peccatum originale quoad debitum, non defacto; sicut est de fide omnes homines habere debitum moriendi, non tamen est de fide, sed in opinione, an aliqui defacto non sint morituri, illi videlicet, qui in ultimo sine mundi inueniuntur. Cæterum communior D. Thomæ interpretatio est, quòd loquitur D. Tho. in illa vniuersali propositione ex vi legis ordinariæ, relinquendo semper locum priuilegio. Ita censent Ferrara 4. contra Gentil. cap. 50. Zumel 1. 2. quæst. 81. art. 3. quæst. vnica, Lorca, & Alvarez ibidem; Pater Azor to. 1. instit. lib. 4. cap. 34. Salas tomo 2. in 1. 2. tract. 13. disput. 11. sect. 5. quæst. 11. Valentia 1. 2. disput. 6. quæst. 11. puncto 2. Mōtesinos 1. 2. quæst. 81. artic. 3. disput. 11. quæst. 8. num. 124. Cornel. à Lapide super epist. ad Rom. cap. 5. Eodem modo explicant propositiones vniuersales Sanctorum, quòd loquantur ex vi legis, non ex vi priuilegij, Paramo lib. 3. de edicto fidei quæst. 5. Bellarm. lib.

4. de amissione gratiæ cap. 16. Agidius à præsentatione de Immaculata Conceptione lib. 3. quæst. 4. præsertim art. 2. & quæst. 5. seq. Suarez 2. tomo 3. p. disp. 3. sect. 5. Vazquez 2. tomo ad 3. p. disp. 117. cap. 10. & sequentibus. Quare ex illa vniuersali propositione D. Tho. & eius censura, quæ solum respicit id, quòd ex vi legis ordinariæ comprehenditur, nullum præiudicium, nec censura resultat in eam opinionem, quæ ex priuilegio cõcedit B. Virginis præseruationem à peccato, non ex vi legis; prohibitio autem Sedis Apostolicæ in censurando, solum est circa opinionem piam, quæ ex priuilegio dicit B. Virginem esse præseruatam, nõ ex vi legis ordinariæ, quæ est pro omnibus. Vnde quãdo D. Th. agit de B. Virgine in particulari nõ censurat, licèt vtratur eadem ratione, quia aliàs non egeret redemptione Christi, vt patet 3. p. q. 27. art. 2. & in 3. dist. 3. q. 1. art. 1. & alijs locis infra adducendis.

Circa secundum, quòd in D. Th. notãdum diximus, illud est præ oculis habendũ, ipsum benè aduertisse omnes modos, quibus poterat contingere ista sanctificatio Virginis, non solum modo ordinario, sicut fit in alijs hominibus ex peccato, sed etiam præseruatione, ne in illud incidere, aut etiam per gratiam aliquam ante animationem, vel collatam animæ, vel purificantem materiam seminalem, aut embrionem. Quòd benè aduertit Seraphinus à Porrecta super 3. par. quæst. 27. artic. 2. Fuit autem sollicitus D. Tho. excludere non tam ipsam præseruationem personæ Virginis in instanti reali suæ productionis, quàm præseruationem carnis, vel animæ, ita quòd ex vi conceptionis actiuæ, seu generationis redderetur sancta illa persona; in se autem in quantum persona singularis, & producta non egresset gratia liberationis, nec debitum haberet incurrendi, sed tota gratia fieret, vel parentibus, vel actioni, seu principijs ipsis, vnde persona illa resultare debebat, id est, carni, vel animæ ante animationem. Hoc fuit intentum D. Thomæ, & ideo semper inquisiuit, an fuerit ante



ante animationem sanctificata? Quod verò ipsa persona iam producta, quæ ex vi, & modo suæ conceptionis habebat debitum incurrendi, defacto non incurrit peccatum, D. Tho. non fuit multum sollicitus, sed vtrique sententiæ dedit locum Ecclesiæ, ad quam solum pertinet iudicare hanc quæstionem defacto.

Hoc autem euidens fiet ex ipsis locis D. Tho. vbi ex professo hanc quæstionem tractat, in quibus videbimus cum agnouisse etiam præseruatiuam redemptionem, & præcipuè intendisse negare, quòd gratia ista non fieret parentibus, vel naturæ, sed si fieret, deberet fieri personæ ipsi Virginis in singulari; in ipsa verò persona producta requirit solum, vel debitum, vel peccatum, vt dicatur redimi, & liberari, non verò solum peccatum. Et in primis occurrit ad hoc insignis locus D. Tho. in 4. dist. 43. q. 1. art. 4. ad 3. & habetur in additionibus ad 3. par. quæst. 78. art. 1. ad 3. Proposuerat D. Tho. argumentum, quòd aliquando Deus hoc Ecclesiæ præstabit, vt nascantur homines absque peccato originali, eo quòd Ecclesiæ petit sibi debita relaxari, & sic, vt plenariè assequatur hanc petitionem, oportet, quòd plenariè aliquando assequatur relaxationem debitorum, quòd non erit, nisi aliquis homo sine peccato originali concipiatur. Respond. D. Tho. *Quòd hoc est erroneum dicere, quòd aliquis sine originali peccato concipiatur præter Christum, quia sic non indigeret redemptione per Christum. Et subdit. Nec potest dici, quòd non hac redemptione indigerunt, quia præstitum fuit eis, vt sine peccato conciperentur (ecce gratia, seu redemptio præseruatiuæ) quia illa gratia facta est parentibus, vt in eis vitium natura sanaretur, quo manente, sine originali peccato generare non possent, vel ipsi natura, quæ sanata est. Oportet autem ponere, quòd quilibet personaliter redemptionis Christi indigeat, non solum ratione naturæ; liberari autem à malo, vel à debito absolutè non potest, nisi qui debitum incurrit, vel in malum delectus est (ecce distinguit contrahere malum, vel debitum tantum) & ita non possent omnes fructum dominicæ redemptionis in se ipsis percipere, nisi omnes debitores nascerentur, & malo sub-*

*iecti, vnde dimissio debitorum, & liberatio à malo non potest intelligi, quin aliquis sine debito, vel immunis à malo nascatur, &c. Ita D. Tho. vbi ponderandum est, D. Tho. negare illam gratiam præseruatiuam, quæ fieret parentibus tantum, vel naturæ, non ipsi personæ, eo quòd reputat, vt magnū inconueniens, quòd aliqua persona in se personaliter non egeat redemptione, sed gratia, quæ illi fit, sit in suis parentibus, vel ipsi naturæ, aut principijs naturæ, puta animæ, vel carni ante constitutam personam, & ante animationem. Secundò pondera, quòd ad liberationem per Christum disunctiuè postulat D. Tho. vel debitum, vel culpam in eo, qui redimendus est, ergo si sufficienter saluat D. Tho. redemptionem per Christum in aliquo, qui solum nasceretur cum debito, non amplius requirit, quando loquitur de Virgine, & infert pro inconuenienti, quia aliàs non indigeret redemptione per Christum, intelligit enim, quòd non indigeret, si conciperetur sine debito, aut sine peccato; nõ tamen si conciperetur sine peccato, dum modo conciperetur cum debito in persona. Et quoties D. Tho. infert, quòd nõ indigeret redemptione, ly non indigeret, est quia excluditur etiam debitum; hoc enim, si datur, sufficit ad indigentiam liberationis, vt ex isto loco colligitur. Et ita locus hic maximè præluet menti D. Thomæ in prospiciendè in alijs locis.*

Deinde oportet conferre inter se loca D. Thomæ ex 3. sententiarum, & ex 3. p. vt constet, quomodo ipse distinxerit gratiam istam præseruatiuam, & quomodo negauerit. Nam in 3. dist. 3. q. 1. art. 1. inquit in prima quæstiuncula, an B. Virgo fuerit sanctificata, antequam conceptio carnis eius finiretur, idest, dum caro illa erat sub forma embrionis, vel in seminali materia? Et respondet negativè. In quæstiuncula 2. inquit, an sanctificata fuerit ante animationem, seu infusionem animæ? Et respõdens huic quæst. dicit: *Ad secundum dicendum, quòd sanctificatio B. Virginis non potuit esse decenter ante infusionem animæ, quia gratiæ capax nondum erat, sed neque etiam in ipso instanti infusionis, vt scilicet per gratiam tunc sibi infusa-*



conseruaretur, ne culpam originalem incurreret. Ecce manifestissimè agnoscit D. Tho. gratiam præseruatiuam, ne incurratur macula in illo instanti infusionis animæ, & distinguit illam ab ea gratia, quæ fieret Virgini ante animationem, & constitutionem personæ, siue in suis parentibus, siue in materia sui corporis, aut in anima, cum tanquam distinctas difficultates ista pertractet. Et idem colligitur ex 3. ad Anibaldum dist. 3. q. 1. art. 1. vbi dicit: *Quòd nec ante conceptionem, nec in conceptione ante animationem, nec in ipso instanti infusionis animæ sanctificata est: distinguit ergo omnes istos modos sanctificationis, tum ante instans animationis, tum in ipso instanti, in quo iam præseruaretur, seu conseruaretur persona, ne incurreret in peccatum, & non solum ipsa actio, seu materia corporis, aut parentis præseruarentur, ne generarent prolem in peccato. Licèt autem D. Tho. in istis locis tertij sententiarum omnes istos modos sanctificationis excluderet, tamen postea, idest, in 4. sententiarum cit. & in 3. p. q. 27. art. 2. istum vltimum modum de sanctificatione præseruatiua in eodem instanti infusionis animæ, vel suppressit, & omisit, vel explicauit. Suppressit quidem in 3. p. cit. vbi inquit: *Quòd sanctificatio B. Virginis non potest intelligi ante eius animationem, & concludit: Et sic quocumque modo B. Virgo ante animationem sanctificata fuisset, nunquam incurrisset maculam originalem culpæ. Et ita non indigeret redemptione per Christum.* Vbi S. Doctor per *ly incurrisset maculam*, intelligit etiam debitum, tum ex explanatione supra relata ex 4. sententiarum, tum quia loquitur in casu sanctificationis ante animationem, in quo casu ipsa personaliter non esset obnoxia, sed in sua persona careret omni debito, tum ex ratione adiuncta, quia non indignisset redemptione; verbū autem *indigere* semper refertur ad debitū, vt ostendimus ex D. Thoma. Qui autē habet debitum, etsi non peccatū, indiget redimi, seu indiget liberatore periculi, in quo est, quod D. Tho. non negat. Quare in hoc loco 3. p. omnino omisit illum modū sanctificationis præseruatiuæ pro eodē instanti, & sic solū loquitur*

in casu ante animationem, dicens: *Et sic quocumque modo ante animationem, &c.* Explicauit autem in 4. sententiarum dist. 43. cit. quod ad liberationem, & redemptionem sufficit, vel debitum in persona, vel culpa, & ita si B. Virgo præseruata est à culpa, dummodo in persona habuerit debitū, nihil contra D. Tho. sicquē ista duo loca, quia sunt posteriora illis ex 3. sententiarum citatis, plenius explicant mentem S. Doctoris, vt iam facimus.

*Conformat se D. Thomas sensus Ecclesiæ.*

**E**X his prænotatis liquidò cōstabit de mente Doctoris S. quæ si attēte fuisset considerata, & collatis diuersis suis locis inspecta, nihil sinistrū vnquam de illo fuisset suspicatum in hac parte. Itaque inuenit D. Tho. iam suo tempore controuertī hanc difficultatem, & multos inclinare in immaculatum conceptū Virginis, Ecclesiæ quē non paucas celebrare hoc festum ex tolerātia Romanæ Ecclesiæ, ipsam tamen Ecclesiā Romanā nondum illud celebrare. Vnde permaximè sollicitus fuit de vno puncto, quod in hac materia grauius, & considerabilius est, & ad doctrinā Christianā præcipuè spectans, videlicet, ne gratia sanctificationis, quæ tribuebatur Conceptioni Virginis, ita sinistrè intelligeretur ab aliquibus, quòd non ipsi personæ Virginis diceretur fieri hæc gratia, sed quæcunque gratia, seu beneficium hoc sit, ipsi personæ Virginis debet fieri, non parentibus sanando vitium naturæ, non conceptioni actiuæ, seu præparatiuæ, & cōmitioni seminum, non embrioni; postremò non animæ, neque carni ante animationem, & constitutionem personæ. Hoc voluit maximè obseruari D. Tho. & in hoc totum suum studium posuit, quia videbat, si in hoc sinistra aliqua intelligētia inoleceret, & semel admitteretur, non ipsi personæ Virginis fieri hoc beneficium, destrui grande principiū in fide, quòd daretur aliqua persona inter homines, quæ in se personaliter, seu ratione suæ personæ non indigeret redemptione Christi. Ad hoc autem necesse erat ponere debitum aliquod, seu periculum in ipsa persona, à quo, si non teneretur, non liberaretur. Propter quod in his duobus locis, quæ vidētur



esse postremæ determinationis in D. Th. scilicet in 4. dist. 43. cit. & 3. p. q. 27. art. 2. solum fuit sollicitus, ne gratia ista, & beneficium sanctificationis fieret Virgini ante animationem, ita quod non ipsi personæ fieret, sed antecedenter ad existentiam personæ, vel ipsi parentibus, vel conceptioni aëliæ, vel carni, dum generabatur, vel animæ ante infusionem; hæc enim nondum sunt persona.

Hoc puncto stabilito, quod præcipue fuit curæ D. Thomæ, & in quod totum pondus rationis suæ librauit, scilicet, quia aliàs non indigeret redemptione in sua persona, si debitum saltem non haberet, in quo & Scotus conuenit, dum ponit solum in instanti reali potuisse Virgine liberari, & in instanti naturæ esse cū debito, vt patet in 3. dist. 3. q. 1. §. *Si autem*. respondendo ad secundam replicam: hoc, inquam, stabilito, de reliquo, an scilicet habendo debitum in sua persona, de facto nõ contraxerit culpam, sed præseruata fuerit B. Virgo in instanti reali suæ animationis? Vtrique opinioni locum dedit D. Tho. quia erat quæstio de facto. Sed quia videbat Romanam Ecclesiam nõdum celebrare, sed tantum tollerare illud festum, voluit adhaerendo Romanæ Ecclesiæ, eius saluare rationem. Ratio autem, qua Romana Ecclesia tunc ducebatur, ea erat, quam affert Doctor Sanctus quodlib. 6. q. 5. art. 1. Quia Romana Ecclesia, inquit, & aliæ plurimæ considerantes Conceptionem Virginis in originali peccato fuisse, festum Conceptionis non celebrant. Si ergo Ecclesia hoc tunc cõsiderabat, & sentiebat, quo modo poterat Doctor S. non magis inclinare in hanc partem, tum, quia sic sentiebat tunc Romana Ecclesia, cuius sensum debebat Sanctus Doctor defendere; tum in determinando quæstionem defacto, qualis ista erat, oportebat expectare iudicium Ecclesiæ, & non rationum humanarum ponderibus duci, vt in suis litteris docet Gregorius XV. supra relatus. Nõluit ergo in quæstione de facto D. Thomas aliud sequi, quã id, quod indicabat, & sentiebat tunc Ecclesia Romana, in cuius auctoritate debent fideles cõquiescere. Sed tamen, vt locum etiam al-

teri opinioni daret, quantum Ecclesia tunc permittebat, addidit 3. p. q. 27. art. 2. & 3. *Quod quia Ecclesia Romana tolerabat illius festi celebrationem, non erat totaliter reprobanda.* Ecce quomodo semper D. Tho. inhaeret sensui Romanæ Ecclesiæ, semper eam honorat, semper saluat. Vnde cū modo Romana Ecclesia, non solū toleret, sed etiã positiuè præcipiat celebrari tale festum, illudquè magnis fauoribus profequatur, loquendo in vi doctrinæ D. Thomæ oportet vice versa de his sententijs cõferre, & D. Tho. sic censeret; si enim ex sola tolerãtia Romanæ Ecclesiæ illa festiuitas tunc non erat spernenda ex positiuo præcepto, & fauore, quãto magis diceret venerandã? Præsertim cū ex hoc probet B. Virgine sine peccato fuisse natã, quia eius natiuitas celebratur ab Ecclesia, vt patet eadẽ q. 27. art. 1. Ergo idẽ de conceptione diceret, si tunc eodẽ modo celebraretur, sicut Natiuitas. Pro illo ergo tempore sic cõsult D. Tho. sicut Ecclesia Romana sentiebat, pro isto verò sentiret id, quod illa sentit, & eo modo, quo sentit: in his enim quæstionibus de facto iuxta diuersa tempora variatur iudicium, & crescit rerum notitia paulatim.

Quod verò aliqui afferunt ex 1. sententiã dist. 44. q. 1. art. 1. ad 3. vbi D. Th. inquit: *Talis fuit puritas B. Virginis, quæ peccato originali, & actuali immunis fuit, vbi sicut ly immunis cadens super actuale peccatũ, omnẽ eius contagionẽ excludit, ita cadens super originale, omnẽ eius cõtractionẽ excludere debet.* Resp. quod hoc dixit D. Tho. vel quia vtrique opinioni fauit, quæ tunc currebat in Ecclesia, vna, vt tolerata ab Ecclesia Romana, alia, vt asserta, licet propter illius Ecclesiæ honorem, & obediẽtiã magis, & pluries inclinauerit D. Tho. in assertã, quã in toleratã. Vel illud verbum *immunis* summitur generali modo pro immunitate, vel præseruante, vel liberante, atque ad eò verbum illud non est omnino expressum, nec plenè declarat mentem S. Doctoris, præsertim, quia ibi solū obiter, & per trãfennã rem istam tangebatur. Mens autem alicuius auctoris ex locis, in quibus ex professo rem aliquam tractat, indaganda est.



Et ita hanc nostram sententiam tenet Porreeta. 3. par. q. 27. art. 2. & videndus est Mag. Medina super eundem locum defendens etiam opinionem piam probabiliter, & Caiet. vt probabilem reputat to. 2. opusc. tract. 1. cap. 5. & Mag. Soto in cap. 5. epist. ad Romanos loquens iuxta consuetudinem celebritatis huius, quæ modò est in Ecclesia, inquit: *Quod exceptio B. Virginis ab hac vniuersali sententia Pauli est vsque adè celebris, non modò inter plebeios, sed inter bonos Doctores, quales præcipuè sunt Illustrissimi Parisienses, vt si qui hanc sibi exceptionem persuadere non possunt, vt cui Paulus refragari videatur, haud tamen debeant publicitus talem prodere disputationem.* Ita Soto, quæ ideò dixerim, vt constet, illustres Thomistas sequentes D. Tho. non multum hærec in hac questione de facto, nec in illa magis radicari, quàm Ecclesiæ sensus postulat.

Dices in quodlib. 6. cit. expressè dicit S. Tho. B. Virginem fuisse inclusam in illa vniuersali, in quo omnes peccauerunt, *A qua solus Christus excipitur, qui in Adam non fuit secundum seminalem rationem; alioquin si hoc alteri conueniret, quàm Christo, non indigeret Christi redemptione; ergo vtitur illa consequentia non indigendi redemptione, non solum ad probandum, quòd habeat debitum, sed etiam peccatum.* Resp. attendèda esse verba D. Thomæ; dicit enim, ab illa vniuersali solum Christum excipi, qui non fuit in Adam secundum seminalem rationem, alioquin si hoc alteri conueniret, id est, si conueniret non esse in Adam secundum seminalem rationem, (id enim refert, & demonstrat pronomen *hoc*) & ita non contraheret peccatum, non indigeret Christi redemptione, quod manifestissimum est: qui enim per seminalem rationem ab Adam non descenderet, nullum debitum incurrendi peccatum habuisset, nec indigentiam redemptionis, cum ex vi legis non deberet contrahere peccatum. Vnde directè solum probauit D. Tho. non indigere redemptione, non qui de facto nõ contrahit peccatum in persona sua, sed qui non contrahit; quia in Adam non est

secundum seminalem rationem, atque adè nec debitum contrahendi habet, & ita negatio indigentie redemptionis semper excludit debitum apud D. Tho. Quia tamen, vt in illo quodlib. refert, Ecclesia Romana, & aliæ Ecclesiæ tunc sentiebant de facto contraxisse B. Virginem peccatum, ideòquè non celebrabant illud festum, ideò non redemptionem præseruatiam ibi posuit, sed ordinariam, sicut alijs locis; non tamen in hoc multum fuit sollicitus, quin etiam alij opinioni locum alijs locis non dederit, vt vidimus.

*Responsio ad obiecta circa hanc propositionem.*

**E**X his relinquuntur exposita, quæ cõtra D. Tho. in hac parte obiecta sunt articulo præcedenti dum referebamus ea, quæ in D. Thoma notantur. Itaque ad primam obiectionem dicimus, D. Tho. in illis verbis non censurare aliquomodo assertionem opinionis piæ, sed solum asserto illi Pelagij se opponit, quod dicebat loquendo ex vi legis, quòd non omnes peccauerunt in Adam nullo prætermisso, sed solum multi. Contra hos dirigit censuram D. Tho. vt vidimus; hæc autem censura non est contra eos, qui dicunt ex priuilegio B. Virginem esse præseruatam, non ex vi legis, vt satis ostensum est.

Ad 2. in quo obiicitur D. Tho. dicitur dici celebrari potius festum sanctificationis, quàm Conceptionis, contrariari decreto Greg. XVI. iubētis vbique sub nomine Cõceptionis celebrari. Resp. omnino infulsè, & insipienter id obiici. Primò quidè, quia D. Tho. non reddit ibi rationem celebrationis huius festi eo modo, quo nunc facit Ecclesia Romana; sed reddit rationem, quare tunc tolerabat Ecclesia Romana illam celebrationem in alijs Ecclesijs; ipsa tamen non celebrabat. Et dicit hoc fecisse tunc, quia attendebat magis ad sanctificationem, quàm ad Conceptionem. Quæ ratio optima est respectu illius tolerantie, quæ tẽpore D. Tho. erat, pro quo casu non loquitur decretum Gregorij. Nunc verò iam Ecclesia nõ



solū tolerat, sed & præcipit illud festum, in quo casu nō loquitur D. Tho. Vnde eiq; go cōtrarietas est inter dictū S. Thomæ, & decretū Gregorij; Secundo, quia illud est agere de nomine, seu titulo, sub quo celebrari debet hoc festum, aliud de ratione celebrandi. De nomine non negat D. Tho. quin potius admittit non esse reprobendam festiuitatem de Cōceptione; (ecce titulus, seu nomen, sub quo celebratur) de ratione verò celebrationis dixit potius esse sanctificationis festum, quàm Conceptionis. Et hoc verū est, quia non celebrat Ecclesia de aliquo, nisi ratione sanctitatis. Et Gregorius XV. iubet sub nomine Conceptionis celebrari, de ratione verò celebrandi nihil dicit. Tertio illa restrictiua. *Potius celebrat festum sanctificationis, quàm Conceptionis, non negat Conceptionem celebrandam; imò ly potius, supponit etiam de illa celebrari; sed quid potiore rationem celebrationis obtineat, ostendit: aliud est enim potius sanctificationem attendi, aliud est Conceptionem excludi.* Et Cardin. Bellarminus in 2. to. lib. 3. de cultu Sanctōrū cap. 16. dicit, quòd præcipuum fundamentū huius festi non est Conceptio Immaculata, sed simpliciter Conceptio Matris Dei futuræ; qualiscumque enim fuerit illa Conceptio, eo ipso, quòd Conceptio fuit Matris, singulare gaudium affert mundo. Si ergo hoc est præcipuum fundamentū, qualiscumque fuerit cōceptio, cur fugilatur D. Tho. quia dixerit, potius sanctificationem, quàm Cōceptionem celebrari, idest, præcipuum fundamentum esse sanctificationem? Denique hoc solū pertinet ad quæstionem de facto, in quo mutatio accidere potest iuxta diuersa Ecclesiæ decreta. Tunc Ecclesia Romana nōdū decreuerat celebrari sub nomine Cōceptionis, nec celebrabat ipsa. Modò & celebrat, & decernit. D. Tho. rationem, & narrationem reddidit eius, quòd suo tempore currebat. Non contrariatur ei, quòd alio tempore, idest, nunc Ecclesia decernit. Nec Gregor. XV. determinat, quòd tempore D. Thomæ sic celebrabatur, sed solūm præcipit, vt modò sic celebratur. Vnde ergo contrariantur?

*R. P. Vincētius Iustinianus Antist. Valētinus, sacri Ordinis Prædicatorum Magister in tractatu de Immaculata Conceptione Virginis MARIÆ in additionibus ad vltimū capitulum vitæ Venerabilis P. Fr. Ludouici Beltran, §. 3. parum à principio hæc habet.*

**Y** Debese ponderar mucho, que el Angelico Doctor Santo Tomas en el articulo 1. de la quest. 27. de la 3. p. para probar, que el nacimiento de la Virgen fue santo, trae por irrefragable argumēto la fiesta que haze del la Iglesia. Donde el Santo Doctor supone, como constante principio, que la Iglesia Romana, no celebra fiesta, que no sea aueriguadamente santa. Pues si a esta doctrina añadimos, que la misma Iglesia ha instituido fiesta de la Concepcion de nuestra Señora, en las dichas extrauagantes; que ay que dudar, sino que: siguiendo la doctrina de Santo Tomas, auemos de dezir, que la Concepcion de nuestra Señora fue santa, como el Nacimiento? Porque en buena Logica, la razon que de su forma concluye en vna materia, ha de concluir en quantas ay en el mundo. Y así no fue mucho, que el bienauenturado S. Tomas escriuiesse lo q̄ escriuio, respondiēdo al 3. argum. del 2. art. de la misma questiō; porq̄ entōces era verdad, q̄ la Iglesia Romana, aun no celebraua la dicha fiesta. Y tãbiē se podia dudar en aquel tiēpo, q̄ entēdian por Cōcepcion los pocos que la celebran en algunas Iglesias, como alli dize S. Tomas. Pero aora ya va el negocio de otra suerte; porq̄ en nuestrs tiempos, los que en honra de la Concepcion labrã tēplos, instituyeri Cofadrias, hazen processiones, conceden indulgencias, cōponen officios, estãpan libros, entran en la ordē, q̄ (segun diremos) fue instituida, debaxo del titulo de la Concepcion; y los q̄ traen escapularios de ella, claramente pretenden (y así lo dizen) honrar a la Reyna del Cielo,

por



por la grande merced que la hizo Dios en preferuarla de pecado original, y adornarla con su gracia en el mismo instante, y punto de tiempo, en que su alma fue criada, &c.

Et §. 18. circa finem. Verdad es, que como en el tiempo, que Santo Tomas escriuia a la Iglesia Romana, (en quien este Santo Doctor tenia puesta la mira) no se mostraua por esta opinion, se retirò algo

de ella en la Suma; pero no de manera, que si este lugar lo permitieffe, no me atreuiesse yo a probar, que consideradas muchas cosas, que el Santo Doctor dixo en las partes, se puede muy bien glossar su sentencia, con la misma distincion, que glossamos muchos lugares de la sagrada Escritura; que quanto a la Virgen, no se entienden de hecho, sino solamente de derecho.

*Hucusque precipui Doctores Ordinis Prædicatorum de mente Angelici Doctoris pro Immaculata Virginis Conceptione.*

**A**lij eiusdem Ordinis scriptores, qui quamuis mentem Angelici Doctoris ex professo non examinauerint, opinionem piam amplectuntur.

*Magister F. Ioannes Thaulerus Dominicanus, Clarissimus, ac Illuminatus Theologus, in festo Purificationis MARIÆ serm. 1. Colonia edito Apud Arnoldum Quentellum.*

Anno M.DC.XV.  
Pag. 547.

**V**ires namque eius supremæ absque medio in suam sese verterant originem, unitæ eidem: infimæ verò supremis instar Adam in originali persistentis iustitia, innocentiaque perfectè obtemperabant. Qui nimirum hinc illi accessit decor, quòd culpæ originalis perpetuò expers fuit, à qua præseruarat illam Filius eius, ita vt momento quidem temporis, vel iræ filia, vel vas immundum, vel diabolico (sicut nos alij omnès) subiecta dominio fuerit. Præuenit hoc enim sapientia aterna, nolens electissimum templum suum aliqua labe adspergi.

*B. Ludouicus Beltranus.*

**B**eatus Ludouicus Beltran Ordinis Prædicatorum, de cuius sanctitate illustria dant testimonia Thomas Bozzius to. 1. de signis Ecclesiæ lib. 6. sig. 19. cap. 12. Coccinus de signis Ecclesiæ lib. 8. art. 3. & alij apud Castellinura de certitudine gloriæ sanctorum in fine operis fol. 496. Hic igitur Beatissimus vir huic deuotissimo mysterio Immaculatae Conceptionis valdè afficiebatur, & sæpissimè repectebat: *Si antiqui Patres modò viuerent, dicerent, scriberent què id, quod & nos sentimus de Immaculata Regina celi Conceptione, obnitium, quod Pontifices, & Ecclesia in eius fauorem fecere.* Videantur Vincentius Iustinianus Ordinis Prædicatorum in vltimo capite additionum ad ipsius viri sancti historiam; Lezana cap. 20. fol. 91.

*Reuer. P. M Fr. Dominicus Soto Ordinis Prædicatorum, Casarea Maiestatis à sacris Cõfessionibus, in Salmanticensi Academia sacrae Theologiæ primarius moderator. In epist. ad Rom. cap. 5. Postquam dixisset, quòd Adami originalis macula in omnes posteros pertransijt, subdit.*

**A**bsit, vt vllùm huic verbum de sacratissima Virgine Genitrice Dei faciã.

Tt

Nani





Nam etsi Concilium Trident. decretum Sixti innouando, libertatem fecerit sentiendi in vtramque partem; est tamen exceptio B. Virginis ab hac vniuersali sententia Pauli, vsque adeò celebris, nò modo inter plebes, sed etiam inter bonos Doctores, quales præcipuè sunt Illustrissimi Parisienses, vt si qui hanc sibi sententiam persuadere non possunt, haud tamen debeant publicitus talem prodere disputationem, adeò id absque odio, & inuidia requirent facere, &c.

*Ioannes Viguerius Granatensis  
sacri Ordinis Prædicatorum Ma-  
gister in Institutionibus sacris Pa-  
risijs M.D.LIV. apud Guillel-  
mum Thibout cap. 18. de  
peccato originali, §. 5.*

*vers. 2. fol.*

251.

**S**I dicatur, quòd D. Virgo non habuit peccatum originale, licèt processerit ab Adam secundum rationem seminalè: dicèdum est, quòd ipsa sola speciali gratia præuenta fuit, & præseruata, eo quòd fuit præuisa esse mater, & domus Dei. Vnde Psal. domum tuam Domine decet sanctitudo, & de ea Solom. tota pulchra es amica mea, tota pulchra, & macula nò est in te, ex quibus auctoritatibus potest haberi priuilegium, maximè autem ex auctoritate Ecclesiæ, quæ errare non potest. Et licèt mortua fuerit; mors tamen non fuit illi pœna, sed conditio naturæ, & quamuis aliqui ex priuilegio possent præseruari à morte; (licèt de nullo legatur) non tamen propterea sequeretur, quòd fuissent immunes à peccato originali: quia sicut Deus pœnas peccatorum actualium potest condonare, licetiam peccati originalis.

*Item de mysterio Incarnationis cap. 20.*

*§. 9. fol. 280.*

**P**Rimo eam humiliter, & reuerenter salutauit, dicens, *Aue, &c.* Per *Aue* nomen trium litterarum ostendit se nuntium

sanctissimæ Trinitatis; *A.* enim significat amorè, & representat Spiritum Sanctum. *V.* significat veritatem, & representat Filium. *E.* significat æternitatè, & representat Patrem. *Aue* secundum Grammaticos est dictio salutantis, & significat gaude, & latare, vel Deus det gaudium, & lætitiarum. Theologi, & Expositores duo dicunt: Primo quòd *Aue* est dictio composita ex littera *A.* & *Ve*, interiectione execrantis, & maledicentis, & sic significat absque *Ve*, seu maledictione, tam peccati originalis, quàm venialis, & mortalis.

*Magister Alphòsus Cabrera Or-  
dinis sancti Dominici, à Philippo  
II. & III. magno in pretio ha-  
bitus, eiusque cõcionator Illustris,  
to. I. considerationum Euangeli-  
carum, Casaraugusta apud Lucã  
Sanchez M.DC.X. in serm. 1. de  
Concept. in introductione post me-  
dium fol. 79. hæc habet.*

**P**ERO ninguno fue ayudado al amanecer, esse priuilegio es de la Virgen: que en el mismo punto que amanecio en ella el ser natural, salga esta aurora dorada cõ la luz, y arreboles de la gracia, a sola ella se concedio. A los otros no madrugò tanto la gracia a ayudarles, q̄ no los hallasse caidos hijos de ira, y enemigos de Dios: pero en esta justificacion preuino Dios al pecado, y hizo santa, a la q̄ nunca fue pecadora. Nueua manera de redempciõ, y singular. Mas es preferuar de la enfermedad, q̄ curarla despues que se ha incurrido; y Dios no solo es poderoso para liberar de captiuerio, y seruidũbre; sino para librar de la obligacion de venir en prisõ, &c. *Idem serm. 2. confid. 2.* Sola esta Señora es montõ de trigo, rodeado de azucenas, todo grano, flor sin espina, toda llena de gracia, sin rastro, ni olor de culpa original, ni actual, mortal, ni venial. Esto significa el Espiritu Santo, con aquellos epictetos, que le da especialmente llamandola, *Columba mea, Immaculata mea.* Y en



otra parte. *Veni delibano.* Sobre el qual lugar dize S. Geronimo: *Immaculata dicitur, quia in nullo corrupta fuit.* Ni en el cuerpo, ni en el alma. Que tener el cuerpo entero, y el alma violada con culpa original, fuera grande corrupcion, &c. *Idem eodem serm. consider. 3. Decuit Virginem ea puritate nitere, qua maior sub Deo nequit intelligi.* Conuino que la Virgen resplandeciese con tanta puridad, que debaxo de Dios, no se pueda entender otra mayor, dize S. Anselmo. La pureza de Christo Dios, y hombre, es no auer tenido pecado original, ni actual, ni poderle tener por naturaleza. La que a esta inmediatamente se sigue, es la de la Virgen, que aunque le pudo tener por naturaleza, fue preservada del por especial priuilegio de la gracia, &c. *Idem eod. serm. consider. 4.* La Virgen abogada luego fue concebida sin pecado, nacio, y viuió sin pecado, porque ruegue por nosotros, porque no se ocupe en rogar por si, y sea sin culpa santa, inocente sin macula, ni fealdad, ni sombra de pecado, y por tal nos la da el Espiritu Santo, diziendole a boca llena: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* *Idem in salutatione serm. 3.* Celebramos la Concepcion limpißima de aquella blanca paloma, castißima tortola, y singular Esposa de Dios M A R I A, la *tota pulchra*, sin macula en el cuerpo, y en el alma; gloria, y ornamento de las mugeres, honra, y alegria de los hombres, que vence a los Angeles en pureza, y a todos los Santos en santidad, y gracia, tan libre de pecado, que no le vio, ni pudo encontrar con ella, aunque venia por sus passos contados, confiando, que la animacion de aquel cuerpecito virginal no se haria sin el, como todas las demas de los hijos de Adan. Pero hallose burlado, porque el Señor le ganó, y defendió la entrada, y le dió con las puertas en los ojos, &c.

*Ex historia vite Illustrissimi, & Reuerendissimi D. D. Ioannis Baptiste a Lanuza Episcopi Albarazinensis. Auctore P. M. Hieronymo Fusero Prouincie Aragonie Prouinciali, eiusdem Reuerendissimi Patris Socio, & Confessario.*

## CAPITULO XII.

De la deuocion, que tuuo al misterio de la purißima Concepcion de nuestra Señora.

Entre todos los misterios, y passos de la vida santißima de nuestra Señora, que celebraua, y festejaua este seruo suyo con singular consuelo de su alma, fue el de la pureza de su Concepcion, porque abrazó siempre con venerabilißimo afecto la licencia que tiene dada la santa Sede Apostolica, para inclinar, y sentir piadosamente, que fue sin mancha de culpa original. Oíle dezir muchas vezes, que mientras estuuó en su conuento de Valencia, apenas se le pasó semana sin predicar deste misterio; y que allí, y en otras Iglesias de la Corona, tenia predicados mas de 250. sermones: y en sus papeles se hallan tantos desta solemnidad escritos, y apuntados de su mano, que me parece corto el numero q̄ me dezia. Vile tambien, quando le referian, que por Religioso Dominico le juzgauan a bulto por defensor de la opinion contraria (como si huiera auído otra Religion en la Iglesia Catolica, mas propia de la Virgen M A R I A nuestra Señora, y mas declarada, y empeñada en la defensa de sus priuilegios, y soberanas excelencias, que la de nuestro glorioso Padre Santo Domingo.) Sentia con vna tristeza extraordinaria, que le quisieran hazer, como por fuerça, menos deuoto desta singular pre;



Huius Ordinis Prælati Generalis fuit eximius Doctō Robertus Gaguinus, qui contra Bandelū pro Immaculata Cōceptione scriptis pugnavit; pluresque eius fraudes detexit, vt ferè omnes referunt; qui de Conceptione scripserunt. Vltima editio libri Gaguini, quam viderimus, est Parisiensis anno 1617. habetque officium Conceptionis ab eodem elaboratum, cuius exordium est, *Incipe sancta cohors.*

Est etiam obseruanda antiqua huius sacræ Religionis consuetudo solnendi ieiunium in die Conceptionis, quamuis in Aduenta celebretur, vt solvunt fideles in die Natiuitatis Domini, cū celebratur feria 6. quod insignis solemnitatis, & à multo tēpore celeberrimæ argumētū est.

*Sacra Religio Beatae MARIÆ de Mercede.*

**E**recta fuit hæc sacra Religio ex Beatissimæ Virginis revelatione, & præcepto:



apparuit enim Aragonio Regi Iacobo, S. Petro Nolaseo, & S. Raimundo de Pennafort Dominicani instituti professori, fundationemquè nouæ religionis iniūxit, cuius fratres vestibus albis vterentur: & huiuscoloris vsus in ipsorum constitutionibus, dist. 1. cap. 10. his verbis præscribitur. *Fratres nostri vestes lanceas, & omnino albas semper, & ubique ferant.* Scholium autem antiquum ad eadem verba, docet vsum albæ vestis esse *in memoriam Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Virginis MARIÆ.*

Prouincia Aragoniæ, in quo Regno hæc sacra Religio initium habuit, est omnium eius Prouinciarum primaria, & habet pro sigillo imaginem Immaculatæ Conceptionis, vt latè refert Pater Torres fol. 522.

Recitasse hanc sacram Religionem officium Immaculatæ Conceptionis constat ex proprio ipsius Breuiario, quod inter alia supra dedimus.

### *Sacra Religio S. Hieronymi.*

**M**aximam pijsimæ sententiæ de Immaculata Conceptione auctoritatè conciliauit hoc sacrum D. Hieronymi institutum, de quo Hierony. Ormacheato. 1. in Cant. Prolog. 3. fol. 154. num. 178. hæc asserit: *Hieronymianus ordo omnis deuotissimè semper fuit affectus in hanc piam sententiam, &c.* Recitauit olim officium Immaculatæ Conceptionis, quod incipit, *Gaude Mater Ecclesia, &c.* Vt dicitur in Regeſto. Pius V. anno Domini M. D. LXVII. concessit omnibus monasterijs huius Ordinis, quòd *tempore cuiuscumque, tam generalis, quàm specialis interdicti officium diuinum, & Missa, tam per Religiosos, quàm Religiosas alta voce, & ianuis apertis in die Conceptionis B. Virginis publicè dici, celebrari, & cantari possit.* Refertur in Compendio priuileg. huius ordinis, Matriti excusso anno 1593. collecto à Fr. Garcia à Toletò, eiusdem Ordinis in Romana Curia Procuratore Generali,

### *Sacra Religio Minimorū, S. Frã. cisçi de Paula.*

**A**B exordio fundationis solemnè ritu celebrat festum Immaculatæ Conceptionis, vt refert Torres fol. 533.

In Capitulo Generali huius sacre Religionis, multis ab hinc annis Valentie celebrato, publicè defensa fuit Beatissimæ Virginis immunitas, non solum à peccato originali, sed etiam à debito proximo illud contrahendi, vt testatur Pater Breton in sermone quodam de Conceptione apud eundem Torres, ubi supra.

### *Sacra Religio Societatis Iesu.*

**I**nter decreta Congregationum generalium huius sacre Religionis impressa Romæ anno 1616. extat infraſcriptum fol. 385.

### *Regula pro delectu opinionum pro Theologis, cap. 4. §. 1.*

**S**equantur nostri Doctores in scholastica Theologia doctrinam S. Thomæ, &c. De Conceptione autem B. Mariæ, ac de solemnitate votorum sequantur sententiam, qua magis hoc tempore communis, magisque recepta apud Theologos est. Huius decreti meminerunt Salazar de Concept. saculo 16. fol. 442. Ojeda cap. 10. fol. 34. & alij quàm plures. Et quod caput est, adeò inuolabiliter à Patribus Societatis dicta lex obseruatur, vt nemo hucusque inuentus sit, qui contra piam opinionem de Conceptione Virginis Immaculata docuerit, vel senserit.

Venerabilis vir, & Dei seruus Alphonsus Rodericus diuina reuelatione didicit Societatem Iesu ad defensionem Immaculatæ Conceptionis inter alias causas institutam. Ita testatur Pater Michael Iulianus Rector Collegij Maioricensis in relatione vitæ eius, his verbis ex Hispanico translatis. *Quadraginta anni, & amplius fluxerunt, ex quo officium Immaculatæ Conceptionis quotidie re-*



citabat : fuit enim huic mysterio cum primis deuotissimus, & Beatissima Virgo eam deuotionem sibi valde placere illi declarauit : quare nos ad eandem adhortans, dixit : Vnam ex causis, ob quas Deus hanc Societatis Iesu religionem fundauit, fuisse, vt prædicaremus, & defenderemus Conceptionem suæ Matris : quod tanto affectu, & spiritus ardore affirmauit, vt nihil affectuosius dicere auditus sit; addens hoc non ex suo capite proferre, sed quia celitus sibi fuerat reuelatum. Videatur Franciscus de Torres lib. de Concept. fol. 532.

### Sacra Religio Clericorum Regularium Minorum.

**S**emper hæc sacra Religio vnanimi consensu Immaculatæ Conceptioni suffragata est; quantumque suis eruditissimis viris hæc pia sententia profecerit, refert Hieron. Ormachæa to. 1. in Cant. Proleg. 3. p. 159. n. 195. loquendo de R. P. Hurtado de la Fuente, his verbis; *Hic Pater egregiam operam nauauit Romæ in promouenda hac pia sententia, assistens, & consilio, & calamo Procuratoribus huius mysterij pro Rege Catholico apud Summum Pontificem.*

De reliquis sacris Religionibus ( quarum institutiones, & cōsuetudines in speciali videre non placuit ) proferat illustre testimonium R. P. Ægidius de Præsent. qui lib. 3. de Præseruat. Virg. q. 6. art. 4. §. 3. num. 16. hæc subscribit. *Hanc piam, veram, & certam opinionem amplexati sunt Ordines Camaldulensis, Cluniacensis, Seruitarum; denique omnes Ordines, tam Mendicantes, quàm non Mendicantes.*

### Sacra Religio Fratrum Minorum Seraphici P. N. Francisci.

**N**ostra Seraphica Religio, cum mysterium Immaculatæ Conceptionis antiquitatis veneratione commendatum, festo die apud multas Ecclesias celebre, & ab alijs Religionibus egregiè illustratum reperisset, ardentissimè à suis initijs

amplexa est, & eius defensionem totam se penitus dedicauit. Quod cum omnium historiæ, & alia scripta testentur, nec solū in memoria, sed in oculis hominum obuium sit, minus erit à nobis domesticæ laudis expectandum : quamquam & hoc ipsum magis cælestia, humanaquæ beneficia, quàm nostram industriam commendabit.

Huius Minoriticæ familiæ erga Immaculatam Conceptionem pietas tunc maximè enituit, cum validissimè oppugnabatur. Constat enim circa an. Domini M. C. C. C. paucos scholasticæ Theologiæ classicos auctores, eosquæ priuatim, & subtimidè pro Virginis præseruatione loquutos: donec SCOTVS noster Doctor Subtilis piam opinionem, nō quidem primus inuenit, sed nec renouauit; primus tamen eam in publicis Academiarum, frequentissimisque confessionsibus è cathedra defendit, similiterquæ ab antiquioribus acceptam redemptionem præseruantem ita stabiliiuit, vt via regia omnibus ad puritatem Virginis extollendam aperiretur. Sic passim scriptores. Bozius de signis Eccles. to. 1. fig. 36. lib. 9. cap. 8. *Conceptionis porrò festum Scoti acutissimi Theologi doctrina maximè confirmatum, &c.* Salazar cap. 42. sæculo 14. *Ioannes Duns Scotus præcipuus, ac maximus puræ Conceptionis vindex, qui tantam huic doctrinæ suæ auctoritate fidem comparauit, quantum nullus alius ante, vel post ipsum.* Et cap. 13. n. 1. *Subtilissimus Doctor, quemadmodum omnibus Theologis Immaculatæ Conceptionis propugnandæ auctor exitit; ita etiam nihil prætermisit, quod in hac re ad maiorem Virginis gloriam facere possit.* A Scoti tempore piã opinionem capisse esse communem, ex Vazq. disp. 117. in 3. p. Ægidio, & omnibus, qui auctores vtriusque partis ordine collegerunt, constat.

De Scoti Parisiensi disputatione ita officium Bernardini Bustij à Six. IV. approbatum, de quo statim, supra col. 74. lect. 4. *Dominus noster Iesus Christus ad protegendam dilectæ Matris dignitatem, Scotum Ordinis Minorum Doctorem eximium ad ciuitatem illam protinus destinauit; qui aduersariorum fundamentis, argumentisque omni-*  
bus



bus inconuincibili sermone confutatis, ita Conceptionis Domine innocentiam, clarissime comprobauit, quod omnes illi fratres sublimitatem eius plurimum admirati, obmutescentes in disputando defecere. Quapropter opinio Minorum à Parisensi studio illico approbatur. Hæc ibi. Idem referunt Pelbart. in stellar. 1. p. art. 3. Cucar. in Elucid. Virg. p. 2. Pet. Rodulph. lib. 3. hist. Seraph. & Epitaphium Scoti sepulchro Colonie inscriptum, quod omnes eius vitæ scriptores adducunt. De pluribus verò eiusdem argumenti disputationibus Coloniensibus Vuad. to. 3. Annal. an. 1308. n. 14. ex Midendorp. & alijs. Vide Magnes. apolog. contra Iansen. pag. 42.

Quod autem sententia B. Virginis præseruationem à peccato originali defendens Opinio Minorum appelletur, Bustio antiquius est, vt patet ex Abbate Pannonitano cap. Conquestus, de ferijs, & Ioanne Varzone 3. d. 3. apud Bust. serm. de Concept. & Salazar cap. 42. sec. 15. quem modum loquendi nobis honorificentissimum Abulen. Parad. 1. cap. 21. & pluri mi alij vsurpant, indefensis subtilis Scoti, illuminati Mayronij, aliorumquè eius discipulorum, eisquè succedentium studijs, & pijsimis conatibus debitum. Quapropter Hieronymus Hormachea to. 1. in Cant. Prolog. 3. fol. 154. num. 180. hanc nobis egregiam laureolam libentissimè attribuens hæc ait; *Iure optio Religioem Seraphicam appellare possumus Vexilliferam, & Antesignanam in hac pia sententia de IMMAGVLATA CONCEPTIONE.*

Sustinuit ergo Seraphica Religio aduersariorum Immaculatæ Conceptionis impetum per centum septuaginta annos, dubium cōstantia, an fælicitate maiore; donec tempore Sixti IV. vberimum asfidui, & gloriosi laboris fructum percepit, incomparabili viro R. P. Francisco de Brixia cum Urbis, & Orbis admiratione, eo ingenij robore argumentorum machinas disijciente, vt verus Sanson sit appellatus ab eodem Pontifice; qui paulò post notissimo illo diplomate, *Cum præcellsa.* Proprium officium de Immaculata Conceptione instituit; & mox duabus

Extrauagantibus, *Grauenimis.* Impugnantium audaciam compefcuit. Vide *Arment. art. 2. num. 3. & 4. & hoc Regest. à colum. 46. ad 70. & à 106. ad 112.*

Per idem tempus claruit venerabilis P. Bernardinus de Busti, auctor officij supra positi à colum. 71. & deinceps, cuius strenui Virginis puritatis propugnatoris, vt amplior in hoc opere extet memoria, qualiter à Sede Apostolica illud officium approbatum fuerit, ipsius verbis referendum censuimus.

*De approbatione officij Immaculatæ Conceptionis à R. P. Bernardino de Busti compositi, ex ipso auctore in Mariali, post serm. 9. de Concep. fol. 49. col. 3.*

**B**eatissimus in Christo Pater Sixtus Papa IV. cum sibi præsentatum fuisset sequens officium Conceptionis B. Virginis, atque rogatus esset, vt per aliquem, vel aliquos sapientes Theologos illud examinari faceret: dixit, quod ipsemet volebat examinare. Postquam verò diligenter ipsum officium examinauit, primò illud ore tenus approbauit, atque vt imprimeretur, ordinauit. Deinde per hoc infra scriptum Breue Apostolicum (quod extat authenticum apud Eman. Roderic. in Bullario sub Sixto IV. Bulla 16.) corroborauit, & confirmauit, & est, vt sequitur.

*Delicto filio Bernardino de Busti de Mediolano Ordinis Minorum de obseruantia, Sixtus PP. IV. salutē, & Apostolicam benedictionem.*

**D**ilecte fili. Libenter ad eam concedenda inducimur, quæ deuotionis respiciunt incrementum. Tuis igitur in hac parte supplicationibus inclinati, vt officium



cium Conceptionis B. Virginis Mariæ per te compilatum, & ordinatum, tu, & omnes, qui id voluerint pro deuotione sua dicere, & recitare, liberè, & licitè possitis, ac valeatis, seu possint, ac valeant, Apostolica auctoritate, tenore præsentium concedimus pariter, & indulgemus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque cõtrarijs quibuscũque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die IV. Octobris, M. CCCC. LXXX. Pontificatus nostri anno decimo. L. Grifus.

Reuerendus P. Matthæus de Nouaria Ordinis Minorum, dum esset Commissarius in Curia Romana Reuerend. P. F. Angeli de Clauasio Vicarij Generalis quoad Fratres de obseruantia in partibus Cismontanis, existens coram Sanctiss. D. N. Sixto IV. Summo Pontifice dixit. Placeat sanctitati vestræ, quòd celebrantes officium Conceptionis B. Virginis MARIÆ editum per F. Bernardinum de Busti, habeant eandem indulgentiam, quam sanctitas vestra cõcessit celebrantibus officium Domini Leonardi Nogaroli. Summus autem Pontifex respondit. Nos sumus cõtenti: & dedit benedictionem suam.

De eodem Sixto IV. ita *Hippolythus Marraccius in Pontificibus Marianis, cap. 76. ad finem, pag. 159.* Subnectere liber orationem in laudem Beatissimæ Virginis ab eodem Sixto compositam, vt in Horis antiquis Parisiensibus videtur, quã deuotè recitantibus ipse Pontifex vndecim millium annorum indulgentiam cõcessit. Est autem huiusmodi.

Aue sanctissima MARIA Mater Dei, Regina cæli, porta Paradysi, Domina mundi: Tu es singularis Virgo purissima, tu concepta sine peccato originali, & idè immaculatissima; tu sine macula concepisti Iesum Saluatorem; tu fuisti verissimè ante partum, in partu, & post partum inuoluta, & illibata: fac me tuis sanctis precibus purè, piè, & sanctè viuere, & ora pro nobis Iesum Filium tuum dilectum, & post mortem me suscipe, ab omnibus malis mentis, & corporis libera

me, & alios fac me liberare, opera misericordiæ acquirere, & in gloria Paradysi in æternum tecum gaudere. Amen.

RELIGIO Monialium Immaculatæ Conceptionis auctoritate Apostolica regimini Fratrum Minorum à Iulio II. tradita fuit, Bulla, quæ incipit, *Ad statum prosperum*, supra colum. 124. cui inseritur ipsarum Monialium Regula, hanc subiectionem, & eius causam cap. 4. declarans. *Volumus etiam, quòd ex quo Fratres Minores, tam indefesso studio, & vigilantia, puritatis, & innocentie Dei Genitricis defensores existant, quòd Vicarij Generales in suis Vicarijs, & Prouinciales, & Custodes in suis Prouincijs, & Custodijs, sint Visitatores huius sanctæ Religionis, quibus firmiter teneantur obedire, &c.* Ceperat hæc Religio sub Cisterciensi regula, & Archiepiscopi Toletani obediētia: & nihilominus etiam tunc funis Fratrum Minorum proprius eisdem Monialibus ab Innocentio VIII. assignatus est, vt patet ex eius Bulla, *Inter innumera*, supra colum. 113. quo euidentissimo signo ostendit Sedes Apostolica specialè Immaculatæ Conceptionis cultum, speciali etiam titulo ad nostram Seraphicam familiam pertinere, & eandem Virginis puritatem annuente Christi Vicario ab illis Monialibus coli, quam Fratres Minores defendebant, vt d. art. 2. expendimus. Corpus quoque venerabilis Dominæ Beatricis de Silva eiusdem Religionis Fundatricis, lite oborta cum Patribus Dominicanis, sub quorum disciplina profecerat, Præciscanis Patribus fortissimis Intemeratæ Conceptionis propugnatoribus à Toletano Præsule adiudicatum fuisse; testatur *Hippol. Marrac. in Fundat. Marianis, cap. 29.*

CONFRATERNITATIBVS Immaculatæ Conceptionis erigendis, propugnandis, & quibus posset modis fouendis, quantopere Religio Minorum incubuerit, præter statuta ab Illustriss. D. D. Franc. Ximeno S. R. E. Cardinali approbata, supra colum. 153. testimonio sunt Litteræ R. P. F. Francisci ab Angelis, tunc Generalis Ministri, postea etiam Cardinalis: quæ archetypæ extant in archiuo confraternitatis Cõceptionis Toletana-



letanæ; authenticæ verò in Cœnobio S. P. N. Francisci Matritensi, tenoris sequentis.

*Litteræ patentes Reuerendis. P. Francisci ab Angelis, quibus confratres Immaculatæ Conceptionis ad spiritualium bonorum communicationem admittit.*

**I**N Christo sibi charissimis nobilibus viris Deo, & B. Francisco deuotis cōfratribus fraternitatis Immaculatæ Conceptionis Virginis Mariæ ciuitatis Tolentanæ, necnon & alijs confratribus præfatæ fraternitatis, vbicumque terrarum existentibus, F. Franciscus Angelorum totius sacri Ordinis Minorum Generalis Minister, & seruus, salutem in Domino sempiternam, &c.

Quia Virginis Conceptionis aduocatio nostri Ordinis est gloria, ob magnam, quam ad ipsam ducimus, reuerentiam, dignum est, vt illam honorantibus faueamus, & illam honorificantes honorificemus. Quapropter vos omnes ad cōfraternitatem nostram, & vniuersa, & singula nostri Ordinis suffragia in vita pariter, & in morte recipio, omnium spiritualium bonorum, videlicet Missarum, orationū, &c. Datum Burgis die S. Paschæ Pentecostes, in expeditione nostri Capituli Generalis, anno M. D. XXIII.

R. P. F. Ioannes à Venido Prouinciæ Conceptionis filius, & huius nostræ Cismontanæ Familiæ Commissarius Generalis, confraternitates Immaculatæ Conceptionis vbique à nostris fundari præcepit: cuius pietatis specimen ex instrumento Prouinciæ Burgensis nuper exhibitō sumi potest; quod huiusmodi est.



*Instrumentum Prouinciæ Burgensis Ord. Minor. in quo recensentur confraternitates de mandato R. P. Commissarij Generalis erectæ.*

Anno M. DC. XX.

**E**N el conuento de san Francisco de la ciudad de Burgos en veinte dias del mes de Abril de mil y seiscientos y quarenta y ocho años, ante mi Fray Thomas Badaran, Predicador, y Secretario de la Prouincia de Burgos: su Paternidad muy Reuerenda N. Padre Fray Iuã Baptista de Loyola, Ministro Prouincial de la dicha Prouincia, presentò dos libros manuscritos, los quales hizo su Paternidad sacar del archiuo de la Prouincia, que està en el conuento de san Francisco de la ciudad de Logroño; en los quales se contiene vna Cofadria, que de orden, y mandato de N. Reuerendissimo Padre Fray Iuan Benido, Commissario General que fue desta familia, y de los señores Obispos de Calahorra, Pamplona, Taragona, y Arçobispado de Burgos, se fundò en todas las ciudades, villas, y lugares, del distrito de la dicha Prouincia, debajo del título de la Immaculada Concepcion de la Virgen nuestra Señora, en la expedicion del Capitulo Prouincial, que se celebrò en el conuento de san Francisco de Naxera, en veinte y cinco de Julio del año de 1620. En el qual el dicho Reuerendissimo Padre Commissario General, y el Disinitorio de dicha Prouincia, dieron su autoridad al R. P. Fr. Iuan de Torrecillas, Predicador, y Disinidor de la dicha Prouincia, para que fuesse, y discurrese por todas las ciudades, villas, y lugares de toda ella, y demas lugares comarcanos a dicha Prouincia, y publicasse la dicha Cofadria; y con su exemplo, y predicacion los mouiesse a la deuocion de la Immaculada Concepcion de la Virgen santissima, y los asentasse por Cofadres: y aqui las comunidades de Cabildos, y Regimientos, jurassen defen-



der el misterio de la Immaculada Concepcion de la Virgen santissima, como efectiuamente lo hizo, y juraron en forma todas las ciudades, villas, y lugares, y se asentaron Cofadres, los quales son como se figuen.

En el Obispado de Calahorra, la ciudad de Santo Domingo, la ciudad de Logroño, la ciudad de Naxera, el lugar de Sotis, la villa de Nalda, la villa de Entrena, la villa de Yangués, San Pedro de Yangués, el lugar de Cigudosa, la villa de Aguilar, la villa de Nestrillas, la villa de Cervera, la villa de Cornago, la villa de Quel, la villa de Aatol, la villa de Arnedo, la villa de Herce, el conuento de Monjas Bernardas de la dicha villa, lugar de Gravalos, villa de Magaña, villa de Alvela, lugar de Estollo, villa de Grañon, villa de San Assensio, lugar de Ventosa, lugar de Medrano, villa de Biguera, lugar de Trebexano, villa de Soto, lugar de Torçana, lugar de Clavixo, lugar de Alberito, villa de Leza, villa de Ribafrecha, lugar de Nueva, villa de Torrecilla, lugar de Nectares, villa de Villoslada, lugar de Ortigosa, villa de Lumbreras, Villanueva de Cameros, villa de Muro, lugar de Castañares, lugar del Ardero, villa de Trezio, villa de Fuenmayor, villa de Navarrete, villa Alefon, villa de Arençana de Abaxo, lugar de Ornos, Luczas, Terosa, villa de Tarçosa, villa de Munilla, villa de Arnidillo, villa de Ocon, villa de Lagunilla, lugar de Aramil, lugar de Badillos, lugar de Mananeda, villa de Torre-muña, villa de Ornillos, lugar de Treuaxantes, villa de San Roman, villa de Santa Maria, villa de Torre, lugar de Cabezon, lugar de Gallinero, villa de Xalon, villa de Pinillos, villa de Almarça, villa de Canillas, villa de Briua, conuento de nuestra Señora de Baluanera Menges Benitos, villa de Aro, villa de Briones, villa de Miranda, villa de la Guardia, villa de Alcanadre, villa de Sartagada, villa de Lodosa, lugar de Zenicero, villa de Huercanos, villa de Rioleza, lugar de Villamediana, villa de Iabexa, Obispa-

do de Tarazona, villa de Agreda, lugar de Maralebreles. Obispado de Hosiña, la ciudad de Soria, la villa de la Inojosa, y la villa de Olvega. Obispado de Palencia, la villa de Carrion, la villa de Dueñas, la villa de Magaz, la villa de Torquemada. Obispado de Pamplona, la villa de Lodosa. Y el mismo juramento hizo todo el Reyno. Arçobispado de Burgos, villa de Virviesca, lugar de Quintanilla, de S. Garcia, villa de Velorado, villa de Balluercanes, villa de Presencio, lugar de Cameno, lugar de Villarmenero. Y yo el sobredicho Secretario doy fee, y verdadero testimonio, a los que las presentes vieren, he visto por mis ojos dichos juramentos, autorizados de Escriuanos publicos, con todas las solemnidades acostumbradas, los quales están en dichos dos libros; los quales por ser grandes, y no se poder remitir originalmente a manos de nuestro Reuerendissimo Padre Fray Iuan de Palma, Comissario General desta familia, como su Reuerendissima manda; y por evitar prolixidad, he sacado en resumpta, y epilogo; los quales bolui a manos de nuestro muy Reuerend. Padre Prouincial, y su Paternidad muy Reuerenda mandò boluer al archiuo de dicha Prouincia. En testimonio de lo qual, su Paternidad muy Reuerenda puso su firma, y autorizó con el sello mayor de su oficio, de que doy fee, dicho dia, mes, y año, vt supra, &c. Fray Iuan Bautista de Loyola, Ministro Prouincial. Ante mí Fray Tomas Badaran, Secretario de la Prouincia.

LEGATIONEM ad Romanum Pontificem de Immaculata Conceptione Beatiss. Virginis definienda Philipp. III. Rex Catholicus destinaturus, nihil antiquius habuit, quam Sancti Patris Nostri Francisci filio rem tantam committere: quare primum Illustris. D. Franciscum à Sosa, quondam nostri Ordinis Generalem Ministrum, tunc verò Oxomensis Episcopum huic legationi obeundę designauit, illoque, postquam Segouiensis Episcopus renunciatus erat,

viiis



viuis erepto, ineunte anno millesimo sexcentesimo decimo octavo Reuerendiss. Patrem Fratrem Antoniũ de Trejo ex eodem Generalatus munere ad Pontificatum Carthaginensem euectum, cum Legati Extraordinarij honore ad fæl. recordat. Paulũ Quintum misit: qui quantum in hoc mysterio promouendo laborauerit, Reuerendus Pater Lucas Vaudingus nostri Ordinis Chronographus, & dictæ legationis comes, peculiari opere sapius à nobis laudato docuit. Et quamuis, tam Pontificis, quàm Regis morte breui subsequuta, Legatus, re infecta, Vrbe discesserit: tamen Decretum Gregorij Decimi quinti Pauli successoris supra positum colum. 183. non sine Fratrum Minorum summis vigilijs, & laboribus impetratum, & expeditum esse, ex præcitata Legationis historiarum sect. 4. perspicuè apparet.

*Forma iuramenti totius Cismontane familiae Ordinis Fratrum Minorum, in Congregatione Generali Segouia celebrata.*

Anno M. DC. XXI.

**R**euerendissimus Pater Frater Benignus à Genua Minister Generalis totius Ordinis Seraphici Patris Nostri Francisci, vna cum Reuerendissimis Patribus Fratre Bernardino de Senis, huius Cismontanæ familiae Commissario Generali, & Reuerendissimo Patre Fr. Ioanne Venido, Commissario Generali Indiarum, & alijs Patribus Distinguitoribus Generalibus, Prouincialibus, & Custodibus, Prouinciarum Cismontanæ familiae, scilicet Prouinciæ Immaculatæ Conceptionis Dominæ nostræ Franciæ Parisiensis, Castellæ, Turoniæ, Pictauiensis, Aragoniæ, Argentiæ, Aquitanæ Antiquioris, Sancti Iacobi, Coloniæ, Sancti Bonauenturæ, Sancti Ludouici, Lusitaniæ, Hyberniæ, Britaniæ, Be-

ticæ, Burgensis, Algaruorum, Pietatis, Sancti Gabrielis, Cartaginensis, Flandriæ, Germaniæ, Angelorum, Sancti Euangelij, Maioricarum, Aquitanæ nouioris, Sancti Michaelis, Canariensis, Sancti Andreæ, Sardinæ, Valentiniæ, Cataloniæ, Arraudorum, Sancti Ioseph, Granatensis, Sancti Antonij, Sancti Ioannis Baptistæ, Sancti Pauli, Sancti Bernardini, Sancti Dionisij, Immaculatæ Cõceptionis Aquitanæ, Sancti Didaci in Betica; In hoc sancto templo congregati, nostro, & omnium Religiosorum dictarum Prouinciarum nomine, qui modò sunt, & postmodum fuerint, renouantes antiquum deuotionis affectum, quem erga Immaculatam Conceptionem Virginis MARIÆ iam pridem à nostris maioribus ad hæc vsquè tempora liquidò constat dimanasse, volentes insuper nouum obligationis debitum adijcere, iuramus, & vouemus Deo Domino nostro, eius sanctissimæ Matri, Seraphico Patri nostro Francisco, & omnibus sanctis, tenere, defendere, & docere publicè, & priuatim, quòd Virgo Domina nostra fuit sine peccato originali concepta, & ab illo præseruata ex meritis Christi Domini. Et curabimus, quantum in nobis fuerit, quòd hæc sancta deuotio populo doceatur Christiano, & ita promittimus, & iuramus per Deum Dominam nostrum Iesum Christum, & per hoc Crucis signum ✝ Hoc verò iuramentum, & votum sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Sanctissimo Patri Gregorio Decimo quinto Pontifici Maximo subiicimus, & sub eius protectione, & patrocinio ponimus, supplicantes, vt accipiat, & nobis suam sanctam benedictionem largiatur. Datum in sancti Francisci Cœnobio Segouienensi in expeditione nostræ Congregationis Generalis die trigesimo primo Mensis Maij, anno Domini Christi Redemptoris millesimo sexcentesimo vigesimo primo. Frater Benignus à Genoua, Minister Generalis. Frater Bernardinus à Sena, Commissarius Generalis. Frater Antonius Daza, Commissarius



Curia Romanæ. Fr. Ildephonſus de Vargas, Diffinitor Generalis. Fr. Iacobus Floygre, Diffinitor Generalis. Fr. Ioannes Cofdres, Diffinitor Generalis. Fr. Hugo Cauellus, Diffinitor Generalis. Fr. Ioannes Venido, Comiſſarius Generalis Indiarum. Fr. Didacus de Vera, Diffinitor Generalis, &c.

RECITAT noſtra Seraphica Religio omnibus Sabbatis officium Immaculatæ Conceptionis, iuxta conceſſionem Pauli V. ſupra poſitam col. 174.

*Statutum Ordinis Minorum de facienda bis in die commemoratione Immaculatæ Conceptionis, ex ſtatutis Generalib. Segouienſibus cap. 2. tit. de oratione vocali.*

**I**tem in honorem Immaculatæ Conceptionis eiſdem ſacraſſimæ Virginis decantabitur ſolemniter ſingulis diebus poſt horas Veſpertinaſ, Antiphona illa, *Tota pulchra eſ Maria*. Poſt complectorium verò recitabitur alia Antiphona, *Conceptio tua*, cum ſuis verſibus, & orationibus.

*Ex conſtitutionibus Capituli Generalis celebrati Toleti in*

*Cænobio S. Ioannis*

*Regum.*

Anno M. DC. XLV.

*Religio Seraphica eligit ſibi patronam Beatiffimam Virginem MARIAM in ſua Conceptione Immaculatam.*

Conſtitutiones pro vtraque familia.

**Q**uoniam Sanctiſſimus D. Urbanus Octauus ad liberam denu-

Vniuerſitatum reliquit eligere inter ſanctos ſpecielem Patronum, & noſtra Minorum Religio ab ipſo exordio Religionis immunitatem ſanctiſſimæ Dei Genitricis ab originali culpa, non tam pertinaci, quàm ſælici, & in ſuperabili labore propugnauerit, & eiſdem Religionis obſequia apud ſacraſſimam Virginem frequentiſſimis beneficijs experiatur gratioſa: idè tota Minorum Religio in Comitijs Generalibus congregata Toleti Beatam Virginem Dei Genitricem MARIAM, quatenus in ipſa Conceptione ab originali culpa conſitemur, & celebramus immunem vnanimi conſenſu, & ſælici auſpicio in ſingularem elegit Patronam totius Ordinis Fratrum Minorum. Quare omnibus Miniſtris Provincialibus per obedientiam præcipitur, quòd feſtum ſacraſſimæ Conceptionis ea ſolemnitate, & Eccleſiaſtico ritu iubeant celebrare, quo inſignes Patroni celebrantur in Eccleſia.

*Ex conſtitutionibus Religionis Militiæ Chriſtiana ſub titulo Conceptionis B. MARIÆ ſemper Virginis Immaculatæ imprefſis Roma.*

Anno M. DC. XXV.

*Ex cap. 1. fol. 6.*

**E**quites militiæ Chriſtiana ſub titulo Conceptionis B. MARIÆ ſemper Virginis Immaculatæ, & ſub Regula S. Franciſci per has conſtitutiones ad uſum militarem accommodata.

Huius autem militiæ Patroni ſpeciales erunt ipſa Chriſti Domini Mater, & Virgo: Sanctus Michael Archangelus; S. Franciſcus, & S. Baſilius ille Occidentis, hic Orientis Ordinū Apoſtolico feruore inſigniū præſtantiffimi inſtitutores.

*Cap. 2. De Vexillo, ſigillo, & habitu Religionis.*

**V**exillum generale ordinis ſub quo terra, mariquè militādum erit, ſemper



per apud magnum Magistrum habebitur; erit autem albi coloris, & ex vna parte geret imaginem Christi crucifixi subiecta specie montis caluarij: ad cuius dextrum latus erit imago B. MARIÆ pietatis, acerbissimis Iesu doloribus compatientis; ad sinistrum autem depingetur Archangelus Michael hastili cruce Draconem pedibus suis prostratum sinistra transfigens, dextera verò eriget gladium his insculptum verbis, *quis vt Deus?* Vt his augustissimis signis prouocetur Equites ad reponendum in cordibus suis, atque etiam in sanctis locis Christi venerationem, socij passionum, & configurati morti eius, per quam gloria, & honore coronatus, supra omnem principatum, ac dominationem Crucis tropheum extulit, atque suæ Deitatis præcellentem omnibus potentiam patefecit. Ex alia vexilli parte pingetur Crux ingens cerulæ coloris similis ei, quam magnus Magister gestat: in cuius medio erit imago MARIÆ Virginis, prout mysterium Conceptionis eius designans illam refert amictam Sole, habentem Lunam sub pedibus, & in capite coronam stellis duodecim insignitam: ad dextrum latus huiuscè Crucis effigies Dni Francisci stigmata gerentis, & ad sinistrum D. Basilij Græco induti ritu Patriarchæ effigies præferetur. Ex vtraque vexilli parte per oram vniuersam, S. Francisci cingulum circumducitur. In ordinis sigillo eadem imago B. Virginis erit insculpta qualis geritur in pallio Equitum, vt in habitu sancto milites, & huius ordinis Religiosi accipiant armaturam Dei, vt possint resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare, gerens in pectore Crucem auream notis vermiculatam cerulæ coloris, quæ in medio habeat ex vna parte imaginem Conceptionis circumdatam cingulo S. Francisci; ex alia verò imaginem S. Michaelis Archangeli, qualis in vexillo depingitur. Tænia verò, seu fascia, cui ex collo Crux pendeat, serico cerulæo, atque albo intexta erit. Alia similis formæ Crux affuetur pallio, & circum imaginem Virginis ducetur, velut in circulum cingulum Sancti Francisci, atque inter

quatuor Crucis angulos emicant, velut igneæ linguæ, in quarum medio, velut fulminis, aut sagittæ cuspis prominat, &c.

*Votum, fol. 21.*

**E**GO N. promitto in honorem Dei omnipotentis, Beatæ MARIÆ semper Virginis, Sancti Michaelis Archangeli, Sancti Francisci, & Sancti Basilij, me opem laturum magno Magistro militiæ Christianæ erectæ sub titulo Conceptionis Beatæ MARIÆ semper Virginis Immaculatæ, meque ei, & superioribus ab hac Religione mihi datis semper subiectum fore in omnibus, quæ spectant ad illius militiæ regimen, conseruationem, & augmentum bonorum spiritualium, ac temporalium, iuxta huius ordinis constitutiones; & pro viribus procurabo legitimis medijs fidei Catholicæ dilationem, terræ sanctæ recuperationem, pacem inter Principes, & populos Christianos, & eorum liberationem ab infidelium iugo, & semper tæbebo Conceptionem Matris Dei Immaculatæ, ac in hac re, & in omnibus eius promouebo gloriam iuxta mētem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

*Ordo militaris Sancti Iacobi.*


**H**ic sacer, & nobilissimus ordo militaris à prima sui institutione, quæ fuit anno Domini 830. celebrat festum Immaculatæ Conceptionis cum octaua.

*Egidius de present. lib. 3. q. 6. art. 3. §. 3.*

*fol. 327. Ojeda in sua informatione*

*cap. 6. fol. 15. Vide officium*

huius ordinis supra  
positum.





Ordo Militaris Immacu-  
latæ Conceptio-  
nis.

*Hippolytus Marraccius lib. de  
Pontificibus Marianis sub Vr-  
bano Octauo, fol 252. hoc sa-  
cro Ordine Militari  
hac habet.*

**V**Rbanus VIII. ad suam in Mariam  
Deiparam obsequium, affectuamque  
declarandum, Pontificatus sui anno pri-  
mo Religiosum Christianæ militiæ or-  
dinem, Conceptionis Deiparæ titulo in  
signitum instituit, in Apostolica institu-  
tionis Bulla, pridie idus Februarij eius-  
dem anni apud S. Petrum expedita, sic  
inter cætera fatus. *Inestimabili gaudio per-  
fundimur, cum Principes viri, vel ad veteres  
ordines amplificandos, vel ad novos Apostolica  
auctoritate instituendos, animos generosè cõ-  
uertunt. Verum præcipuè in Domino oble-  
tatur, dum institutionem vnius militaris  
Religionis sub inuocatione Conceptionis Dei-  
paræ Virginis Immaculatæ meditantur, quæ  
Christi fideles omnes propitiâ apud vni-  
genitum Filium suum nacti sunt aduocatam,  
utpotè, quæ mater gratiæ, & pietatis pro  
humani generis salute sedula oratrix apud  
Regem, quem genuit, semper intercedat, spe-  
rantes huiusmodi institutionem, eiusdem  
Virginis calorum Reginae intercessione Chri-  
stiana Reipublicæ vberriuos fructus alla-  
taram, &c.*

Huius militiæ habitum; Apostolica  
benedictione munitum, Catholicæ His-  
paniarum Reginae Isabellæ cum se-  
quenti diplomate trans-  
missit.

Charissimæ in Christo fi-  
liæ nostræ Isabellæ His-  
paniarum Reginae  
Catholicæ.

*Vrbanus Papa VIII.*

**C**harissima in Christo filia nostra sa-  
lutem, & Apostolicam benedictio-  
nem. Quæ pictare Imperatrici Angelorū  
Maiestas tua regalis Imperij fasces sub-  
mittat, iam diu sanæ tibi placidæ vox  
testatur; nuper autem nobilis viri Ducis  
de Alcalá declarauit oratio. Cum autem  
cupias, tuam erga Immaculatam Dei-  
param illustri aliquo documento Religionē  
significari, mittimus Maiestatuæ, mu-  
nitum Apostolica benedictione habitum  
militiæ Christianæ, quæ ab eiusdem Vir-  
ginis Conceptione petijt sacrum Eque-  
stris familiæ nomen, & auspitiū. Sic quod  
insigne, Catholica Regina, cõdis in cor-  
de, idem in regali pectore gestabis: vide-  
mus, quàm felix sumere possit in Au-  
striacis Regnis incrementum noua hæc  
militia, cuius vota, & instituta saluberrim-  
os triumphos quærent Christianitatis.  
Datum Romæ apud S. Mariam Maiorē  
die 20. Septembris 1625. Pontificatus  
nostri anno secundo.

Cui præterea habitum militiæ Christia-  
næ, Conceptionis B. MARIÆ Virginis,  
eidem Reginae transmissio, impertitus est  
indulgentias omnes S. Caroli Borromei,  
item indulgentias omnes Canonizationis  
Sanctorum quinque. Item similiter om-  
nes indulgentias Comitum de Monterey, &  
insuper, (vt ipse Sanctissimus dixit) post  
longam, & plenam dierum vitam, in arti-  
culo mortis indulgentiam plenissimam,  
& remissionem omnium suorum pecca-  
torum. *Hucusque prædictus auctor.*

Reliquos militares ordines veritatem  
Immaculatæ Conceptionis colere, &  
amplecti, experientia, & omnium huius  
temporis scriptorum testimonio constat,  
vt optime Ægidius de Præsen-  
tat. lib. 3. quæst. 6.



MIRACVLA VERI-  
tatem Immaculatæ Con-  
ceptionis compro-  
bantia.

*S. Ildephonsus sacra veste à B.  
Virgine donatur. I.*

DE hac celeberrima apparitione ita scribit *Ioannes Alanus* Doctor Parisiensis in prologo *Defensorij de Concept.* quod habemus m. f. ex bibliotheca D. D. *Alphonfi Mexiæ Asturic. Episc. & ex fine constat ab auctore editum an. 1392.* Inducit autem Beatissimam Virginem loquentem. *Occidentalem olim Hesperia amore prospiciens, Præsuli Toletano amico meo charissimo Alphonso, me sordes primi triginis, mortisque veteris minime contraxisse referavi fideliter, casulam in ea gloriæ pignus donans in testimonium veritatis.* *Bernard. Bustius in officio Concept. lectione 4. secundi diei in hoc Reg. col. 80 idem refert de B. Guidisalno Archiepiscopo Tholossano, quæ etiam per totam Hispaniam Conceptionis festum instituisse affirmat.* *Trithemius lib. de Script. & Arnold. de Vuion lib. 3. ligni vite, fol. 402. cathedram à gloriosa Virgine donatam scribunt.* Vide *Pelbart. l. 4. stellar. par. 1. art. 3. & Salazar cap. 35. & 67.*

*S. P. N. Dominici liber in ignem missus non comburitur. II.*

*S. P. N. Dominicum contra Albigen- ses Immaculatam Beatif. Virginis MARIÆ Conceptionem defendisse, & hanc veritatem libello, quo inter alias continebatur, in ignem proiecto, & illæso seruato, confirmasse habes supra in officio Bernardini Bust. col. 83. & in tabula Barbin. col. 281. Idem refertur in Breviario Menialium, de quo col. 142. lect. 1. & 2. Sabbati, fol. 65. & à grauisimo te-*

*ste supradicto Doctore Alano, tam in pro- quam sub titulo, Ancilla 2. Cucaro fol. 96. Francisco de Torres fol. 397. Pelbarto l. 4. stellar. par. 1. art. ult. Tartarcto in 3. d. 3. q. 1. in fine, §. Quintò probatur, Canisso lib. 1. de Mar. Deip. cap. 7. Coccio lib. 3. Theauri art. 1. Salmer. disput. 32. in cap. 5. ad Rom. Galatino lib. 7. cap. 5. Helmesio serm. de Concept. M. Ant. Palao in Defens. Dominic. cap. 2. fol. 17. qui & allegat Breuiarium antiquum Hyspalense. Miraculum ipsum commemorant Lipomanus de Vit. SS. par. 2. die 4. Aug. Ferdinandus del Castillo lib. 1. hist. Prædicat. cap. 8. Petrus de Natal. lib. 7. cap. 22. Surius to. 4. l. 1. cap. 6. S. Antonius 3. p. tit. 19, cap. 1. §. 4.*

*Mortui suscitatio. III.*

*S*acerdos adulterij reus, horas tamen canonicas B. Virginis decantare solitus, à Dæmonibus in pelago sequanæ demersus, & occisus, ad penas trahitur, sed à B. Virgine vitæ restitutus, in gratiarum actionem festum Conceptionis die 8. Decembr. celebrare iubetur. *S. Anselm. sup. col. 9. Bustius col. 88. lect. 4. & plura Breuiaria Ecclesiarum; Raulinus serm. 3. de Concept. §. 6. Cornel. Schulting. tomo 2. Bibliot. Ecclesiast. in festo Concept. fol. 42. Gerson, & Patudan. apud Torres fol. 6.*

*Imago Deiparæ Doct. Subt. Scoti caput inclinat. IV.*

*C*VM Doctor Subtilis Parisijs ad defendendam publicè Immaculatam Virginis Conceptionem pergeret, ante Deiparæ imaginem, illam orationem effudit, *Dignare me, laudare te, Virgo sacrata, da mihi virtutem contra hostes tuos: sacra imago defensori suo caput inclinavit, quo gestu permanset etiam nunc.* Scotus usque ad stuporem in ea disputatione mirabilis Subtilis cognomine insignitus est. *Illustris. Sosa, P. Lezana cap. 15. Vuadrin. ad an. 1304. n. 35. Ferchius in vita Scoti, cap. 5. Miranda q. 22. fol. 572. Portel in Resp. Moral. casu 32. num. 4. Moren. de Purit. Virg.*



*Virg. cap. 4. Pineda in aduertent. ad priuil.  
Regis Ioan.*

*Nauigantes à summo tempestatis  
periculo liberantur. V.*

**H**elvinus Abbas cum socijs in mari Britannico ob tempestatis vim de vita periclitatus, & ad B. Virginem vota sua dirigens, à quodam angusta specie, & Pontificali habitu ab ipsa Virgine misso, de eius Conceptione, & creatione sexto idus Decembr. celebranda admonetur, & tranquillitate facta, instanti discrimini eripitur. *S. Anselm. in epist. supra posita col. 2. auctores, & Breuiaria in obseruatione citata colum. 18.*

*Idem. VI.*

**R**odericus Borgia Alexandri VI. copijs præfectus maris tempestatem, voto nuncupato de celebranda B. Virginis Conceptione, miraculosè euadit. *Moren. fol. 351. Torres fol. 94.*

*Dæmones credunt, & contremiscunt. VII.*

**L**vdouicâ Capeau Mafsiliensem puellam obsidens Dæmō, B. Virginem à peccato originali fuisse præseruatam coactus confitetur, eumque audientes ad meliorem vitam conuertuntur. *Torres fol. 175. & Daza cap. 13. ex Sebastiano Michaele Priore Cœnobij S. Maximi regalis de Haix, & Francisco Dompicio Doctore Theologo Dominicanis.*

*Idem. VIII.*

**I**nterrogatus obsessus à quodam Doctore, *An B. Virgo fuisset concepta sine peccato originali?* Ingeminauit clara voce, *sine macula, sine macula:* & iussus Dæmon in virtute Conceptionis B. Virginis sine peccato originali à corpore exire, statim obediuit. *Christoph. Moren. cap. 6. Daza fol. 113. Torres fol. 173. Bust. serm. 5. p. 2.*

*Idem. IX.*

**C**vidam Fratri Ordini Prædicat. dæmonem adinranti, & *an B. Virgo concepta esset in peccato originali, quæreti,* Dæmon magno clamore respondit: *Vae illis, qui festum Conceptionis non celebrant, sed potius malum de Virgine dixerunt.* *Ant. Cucarus folio 92. Vngarus Frater Ord. Minor. in sermonum libro, fol. 6. serm. de Concept. Torres fol. 174.*

*Increduli execrantis repentina mors. X.*

**I**n ducatu Sabaudiensi, quidam B. Virginis præseruationem sub iuramento execratorio negans, suspensus è pedibus, & mortuus inuenitur. *Supra in offic. Bustij col. 83. lect. 6. Cucar. fol. 96. par. 2. Miranda cap. 97. fol. 724.*

*Mortuum se simulans vera morte mulctatur. XI.*

**C**uius nobilis Parisiensis pacto cum aduersarijs Immaculatæ Cœceptionis inuito, vt pro mortuo elatus, vocibus concionatoris eo signo suam opinionem confirmaturi resurgeret, inuenitur in fetetro mortuus ab vxore, quæ mimū omnem coram populo detegit. *Supra col. 74. lect. 5. & 6. Morenus lib. de puritate Virginis cap. 5. fol. 292. Cucarus, Daza, & alij.*

*Voti emissio, & sanitatis recuperatio. XII.*

**C**uius quidam Mediolanensis ob promissionem in honorem Conceptionis B. Virginis non adimpletam, in grauem languorem incidit, & voto emissio, pristinae sanitati restitutus est. *Daza, Aiala §. 16. fol. 44. & alij ex Bernardino Bustio.*

*Increduli supplicium. XIII.*

**V**ir nobilis præseruationem B. Virginis contumacius negans, ab amico admo-



admonetur, vt sententiam mutet, aut merito aduersum aliquem euentum timeat; cum non resipisceret, immatura filiorum morte punitur. *Daza fol. 119.*

*Increduli miraculosa mutatio.*  
**XIV.**

**M**ediolani, Petro Antonio de Bernardis notario, obstinatissimo contra præservationem B. Virginis animo, ipsa B. Virgo, eiusque Filius, & Dominus noster Iesus Christus per visionem pietatem inspirant, & corde mutato, obsequentem erga Immaculatam Conceptionem affectum. *Moren. cap. 6. fol. 381. Bust. latè serm 9. p. 3. fol. 46. col. 4. ex instrumento ab ipso notario confectio die 1. Febr. an. 1492.*

*Idem. XV.*

**I**N Anglia Alexander Nequam volens per solemnem disputationem profanare festum Conceptionis B. Virginis, nocte precedente disputationem, doloribus magnis correptus ad cognoscendam suam temeritatem, sermonem condidit, qui incipit, *Fiat lux*: in quo suam retractauit sententiam. *Bust. serm. 7. de Concep. p. 2. fol. 31. col. 2. Caribag. lib. 1. homil. 19. Torres fol. 187. Mayron. serm. de Concept. Alanus in prologo.*

*Idem. XVI.*

**C**iuitate Vallisoletana in omne laudum, & lætitiæ genus effusa erga Immaculatam Conceptionem, quidam ab huius mysterij pietate adeo auersus, vt nec concionibus, nec festorum celebritate, nec communi exemplo moueretur, graui morbo correptus, B. Virgine sibi apparente, miraculosè sanatur, & mutata sententia veritatem amplectitur. *Daza cap. 15. ex processu authentico.*

*Religiosa consuetudinis transgressio punitur. XVII.*

**B**Archinonæ in conuentu Patrum Redemptorum S. Mariæ de Mercede,

cum in die festiuitatis de sancta Conceptione Virginis (contra laudabilem morè abstinenti eo die à seruilibus) pictor preparasset massam, velletquè ex ea panes formare, discooperiens reperit eam, quasi esset coagulatus sanguis resperfa nigredine, aut lutum admodum cœni. Divulgaquè prius ea notitia miraculi huius, publicè ordinatum est per ciuitatem suo municipalis statuto, quod ea die Conceptionis non incendantur furni; & ita in eadem ciuitate obseruatur continuè vsque in hodiernam diem, ita Iacobus de Voragine Ord. Prædicat. in Lombardica histor. impressa Argentinæ 1496. apud Fr. Bernardinum de Vargas in Chron. sacri, & militaris Ord. B. Mariæ de Mercede to. 2. cap. 4. §. 3. fol. 113. Ex quo miraculo, (ibidem asserit) quod Magister Maldonatus, postquam ad Generalatum eiusdem Religionis ascendit pius, & deuotus, & Immaculatæ Conceptionis Virg. Mariæ studiosus, constitutione perpetua sancit, vt in toto ordine post orationem mentalem completorij sequens *Añs. cum Versu*, & oratione cantetur. *Conceptio tua Dei Genitrix, &c. Oratio: Deus, qui Immaculatam Virginem Mariam, vt digna Filij tui mater existeret, ab omni labe peccati in conceptioe sua præseruisti, tribue quesumus, vt qui eius innocentia puritatem veraciter credimus, ipsam pro nobis apud te semper intercedere sentiamus. Per eundem, &c. Quæ de Immaculata Virginis Mariæ Conceptione dignissima commemoratio vsque in presentem diem ex quodam speciali nostro debito, tam à fratribus in choro, quàm extra, in fine completorij recitatur.*

*Chartula papyracea in medio igne illæsa. XVIII.*

**Z**Veræ in Aragonia puer matre obiurgante chartulam papyraceam, in qua scriptum erat, *Maria absque peccato originali*, in focum multo igne succèssum proiecit, eaque inter flammam, dum puer matrem apprehendere conantem declinat, integra permansit. *Extat authenticum in archiuo Franciscani Cœnobij Matritensis, iuxta libellum in armament. art. 1. relatum,*



*& informationem Archiepiscopi Casarug.  
auctoritate factam.*

*Victoriananalis. XIX.*

**I**N freto insularum Philippinarum circiter an. D. 1617. Catholicorum naues à Bataucis numero, & apparatu longè superioribus iam iam intercipientes, Immaculatæ Conceptionis B. Virginis auspicijs, quæ pugnantibus fuit profressera militari, illustrem victoriam obtinere. *Refert latè noster Franciscus de Torres lib. de Concept. fol. 535.*

*Angelorum festiuitas. XX.*

**B**Archione, in Coenobio B. Mariæ de Mercede, fratribus ad Matutinum officium nocte Conceptionis B. Virginis ob hincmis asperitatem non surgentibus, qui ex eis vigilabant, Angelorum recitantium voces audierunt. *Ioannes Martin. in Chron. dicti ordinis, Torres fol. 524.*

*Amortis discrimine liberatio.*

*XXI.*

**B**Ergomi, cum puer in aceruum lapidum præceps ex alto cecidisset, inuocata ab eius matre Immaculata Conceptione B. Virginis, incolumis, & illæsus inuenitur. *Moren. cap. 6. fol. 387. Bust. serm. 8. de Concept. in fine, fol. 38.*

*Idem. XXII.*

**H**ispali puer sexennis ab altissimo domus tecto cadens miraculosè liberatur, quia canebat Immaculatæ Conceptionis carmen: *Todo el mundo en general à voces, Reyna escogida, diga, que fois concebida sin pecado original.* P. Lugones in Relat. impr. an. 1616. fol. 45. Torres fol. 142.

*Idem. XXIII.*

**H**ispali quidam Erater Min. ad festum Immaculatæ Conceptionis templum exornans è supremo altissima scalæ gradu dilapsus, & iam pro mortuo creditus purissima Virginis Conceptione inuocata, incolumis est inuentus. *Lugon. fol. 51. Torres fol. 144.*

*Idem. XXIV.*

**I**N ciuitate Aquilana, mulier, quæ R. P. Bernardinum Feltrium Ordinis Minorum pro concione adhortantem audiuerat, vt B. Virgo in omni tribulatione ad reuerentiam suæ Immaculatæ Conceptionis inuocaretur; domum reuerfa, & parvulum filium gladium manu tenentem aspiciens, clamare cepit: ad cuius voces puer fugiens gladium ad pectus casu posuit, & super eum cecidit; matre verò Beatif. Virginem Mariam deprecante, vt ad reuerentiam suæ purissimæ Conceptionis opem ferret, inuentus est puer illæsus, gladius autem vestibus traictis carnem tangens, & in se, ac si cæcus esset, reflexus. *Bust. serm. 6. de Concept. p. 3. fol. 27. col. 4. Moren. cap. 6. fol. 390.*

*Idem. XXV.*

**P**ater cuiusdam fratris nostri, scilicet F. Clementis de Claris, ad festum Conceptionis celebrandum properabat equo vectus: quo in præcipitium molendini adeò violenter cadente, vt sella in duas partes scissa sit, incolumis cum filio ad culmen euasit. *Bust. serm. 6. de Concept. p. 3. fol. 28. col. 1. Moren. cap. 6. fol. 390. Miranda q. 22. fol. 580.*

*Concionator peccatum B. Virginis tribuens punitur. XXVI.*

**F**ermi quidam concione incapta, in qua B. Virginem originale peccatum contraxisse affirmabat, sanguinem ab ore proijciens loqui destitit, nec vlteriùs profsequi potuit ob sanguinei fluxus copiam. *Moren. cap. 5. fol. 294.*

*Idem. XXVII.*

**A**lius contra B. Virginis immunitatem concionatus à cane horribili occiditur. *Moren. cap. 15. fol. 295.*

*Idem. XXVIII.*

**A**lius eandem B. Virginis puritatem impugnans cæcus factus est; & voto emisso de Immaculata Conceptione pro-



propugnanda, visum recepit. *Moren. cap. 5. fol. 296. Miranda cap. 97. fol. 725. Torres fol. 193.*

*Idem. XXIIX:*

**L**ector ordinis cuiusdam contra Cōceptionem B. Virginis prædicans, in medio sermonis cecidit, & mutus effectus est, nec amplius in tota vita vsu linguæ recuperavit. *Buff. ser. 7. p. 2. fol. 31. col. 2.*

*Filiorum successio diuinitus concessa. XXX.*

**D.** Ioanni Patieco Pueblæ Moltanvanicæ Comiti post longam orbitatē filiorum successione desiderati, infantis puellæ species habitu Monialis Immaculatæ Conceptionis per visum obiecta est; qui cum nihil præterea verborum audiisset, intellexit tamen, vt si filios à Deo sibi donari vellet, monasterium prædicti ordinis construeret, quod & fecit in memorato suæ ditionis oppido, & numerosam sobolem suscepit, præcipuè filiam Ludouicam Faxardo, quæ in eodem monasterio Monialis effecta est. *Gonzaga 3. p. fol. 656. Torres fol. 101.*

*Sanitatis restitutio. XXXI.*

**F**æmina Turiasonenfis grauer egrotans, ob deuotionem ad Immaculatam Conceptionem B. Virginis sanitatem recuperat. Latè *Torres fol. 108. ex Memorialibus monasterij Concept. Turiasonenfis.*

*Idem. XXXII.*

**A**dolescens graui morbo afflictus, voto emisso à parentibus in honorem Immaculatæ Conceptionis B. Virginis, sanatur. *Torres ibid. ex eisdem Memorialib.*

*Idem. XXXIII.*

**R.** P. Robertus Gaguinus Ord. Santif. Trinit. Generalis Præseruationem B. Virginis contra aduersarios defensoris sanitati miraculosè restituitur, vt ipsemet refert *tract. de Concept. fol. 27.*

*Probatio veritatis per ignem. XXXIV.*

**I**n Gallia, Minorita quidam laicus alterius Religionis prædicatorem contra puritatem B. Virginis disputantē pugno percussit, & aliquandiu nobilium eius consanguineorum meta latitans, mox se vltro illorum conspectui obtulit, & nemini iniuriã inferre voluisse, sed B. Virginis honorem zelari testatus, paratum se dixit mediū ignem ob Immaculatæ Cōceptionis defensionem intrare, si prædicator idem periculum pro sua opinione subire vellet. Cōditione ab omnibus approbata, ingenti rogo accēso; laicus prædicatorem manu apprehendens in ignem trahebat, & reluctantem dimittens, solus intrauit in nomine Virginis Immaculatæ, ibique diu illæsus, & alacri voce prædicatorem vocans permanfit. *Veni, inquiēs, & vide hic, si B. Virgo fuit concepta in originali peccato; Ad hoc autem tam grande miraculum vniuersi, qui aderant, ad credendum B. Virginis innocentiam sunt inducti.* *Buff. ser. 8. de Concept. p. 3. initio, fol. 35. col. 1. ex testimonio fidedigno illius temporis. Torres fol. 122.*

*Reliquæ Ven. P. Ioannis à Cruce Immaculatæ Conceptionis testes. XXXV.*

**I**n corpore Vener. P. Ioannis à Cruce primitiui Carmelitani instituti in daturatoris mysterio Immaculatæ Conceptionis, dum vixit, deuotissimi, apparet post mortem imago B. Virginis, qualis ad puritatem eius significandam effigiari solet. *Hippolyt. Marrac. in Fundatorib. Marian. fol. 301.*

*Cracouiensis Lector in suggesto moritur. XXXVI.*

**I**n Cracouia quidam Lector nomine Paulus, cum prædicare contra Conceptionem Matris Dei incēpisset, nondum finito sermone cecidit, & expirauit: vt testatur Magister Henricus de Haf-



Hafſia: quod miraculum etiam legitur in chronica Summorum Pontificum, & Imperatorum. Sic Buſt. ſerm. 7. de Concept. p. 2. fol. 31. col. 3. Videtur autem indicare *Faſciculum temperum ad an. 1354. Ioannes Alamus in prol. Defenſor. de Concept. & Ancilla 7. vbi Magiſtros Henricum de Hafſia, Henricum de Helica, Ioannem de Polonia teſtes oculos vocat. Miraculi veritatem defendit Miranda cap. 97.*

*Immaculate Conceptionis aduerſarius concionator à lupo occiditur. XXXVII.*

**I**N Germania quidam frater, contra puritatem B. Virginis poſt prandium concionatus, ſe tali imprecatione deuotum, vt ſi affirmans Dei Genitricem in peccato originali conceptam verum non dixiſſet, eadem die mala morte periret. Concione abſoluta, ad vespertinas horas chorum ingreſſus eſt: & ſtatim lupo maximus in Eccleſiam intrans, ter totum chorum circuit, omnes fratres horribilibus, ac terribilibus oculis aſpiciens: poſtea prædicatorem illum magno impetu inuadens, coram omnibus ſuffocauit, ac interfecit, & Eccleſiam exiens nunquam amplius comparuit. *Buſt. ſerm. 7. p. 2. fol. 31. col. 3. & idem, vel ſimile refert Alamus dicto tit. Ancilla ſeptima. Vide Miranda q. 22. fol. 579. & in tract. Hiſp. cap. 97. fol. 724.*

*Concionator, vt canis latrat. XXXVIII.*

**I**N Caſtro-Baculi prædicator contra illibata Virginis Conceptionem, verba faciens, latrare cepit: & imago eiusdem Beatif. Virginis ſupra fores Eccleſiæ poſita cecidit, & in pulverem redacta eſt. Ob quod populus prædicatorem illum lapidare, & Cœnobium deſtruere voluit; niſi Caſtri dominus ſæculari poteſtate obſtitiſſet.

*Buſt. ibid.*

*Verba concionatoris B. Virgo mirabiliter inuertit. XXXIX.*

**M**Antuæ quidam prædicator concione per modum diſputationis indicta coram Marchione, & frequenti populo, contra Immaculatam Conceptionem, cum in ſuggeſto libris ſtipatus conſediſſet, ita B. Virgine verba eius immutante, loqui cepit: *Propono vobis iſtam veram conſuſionem, quod Beatif. Virgo concepta fuit ſine originali peccato. Et cum à ſuis fratribus redargueretur, ſequè quæ dixerat, correcturum ſponderet, iterum eandem conſuſionem pronunciauit, nec contrariam affirmare potuit, quamvis ſæpius à fratribus incitatus tentauerit.* *Buſt. ibid.*

*Alexander Hallenſis agritudine correptus ſententiam mutat. XL.*

**P**ariſijs Alexander Hallenſis Doctore irrefragabilis cognominatus Immaculatam Virginis Conceptionem, nec aſſerere, nec honorare ſuſtinens, & ipſo Conceptionis feſto prælectioni incumbens, morbo grauiſſimo percuffus nec id ſemel, ſed multis annis eadem die, à diſcipulis admonitus, votum emiſit de Immaculata Conceptione ſcripto teſtanda: & ſanitatē adeptus egregium volumen melliflua Conceptionis inſcripſit. *Supra, col. 99 lect. 4. in officio Buſtij à Sixto IV. approbato. Idem Buſt. ſerm. 4. de Concept. p. 3. init. fol. 18. col. 1. & ſerm. 9. p. 3. fol. 48. col. 1. Carthag. to. 1. hom. 19. in fine, Portel. 2. p. Reſp. Mor. caſu 32. Salaz. cap. 42. ſec. 13. pag. 432. Cucarus 2. p. Elucid. Torres fol. 180.*

*Sua puritatis aduerſarium B. Virgo animo, & corpore ſanat. XLI.*

**I**N quadam Italiae ciuitate, Magiſter Ioannes de Viterbio concionator celebris, & Immaculatae Conceptionis impugnator in lethalem morbum incidit, &

*mira.*



miraculi, quod Alexandro Hallensi enecnerat, recordatus, B. Virginem rogauit, vt si verum esset, sine originali peccato conceptam fuisse, sanitatem ipsi tribueret in testimonium suæ puritatis; simulquæ voto se obstrinxit festum Conceptionis celebrandi, & annuntiandi populis eius innocentiam. Cumque repente magna ompium, & præcipuè Medicorum admiratione, de incurabili ægitudine cõualuisset, populum ad concionem vocãs, miraculum narrauit, & de Immaculata Virginis Conceptione copiosissimè egit. Ob id factum patribus suis inuisus, & carceri mancipatus, à B. Virgini deuotis liberatur: & multis deinde, tam precibus, quàm minis, & persequutionibus impetitus, ad eò non mutauit sententiam, vt librum ediderit, in quo inter alia ostendit, *Quòd B. Thomæ, ac veri Ordinis Prædicatorum propria est opinio, pro nullo instanti temporis B. Virginem subiaccisse iræ Dei, ac caliginis animæ.* Reliqua vide apud *Bust. serm. 7. de Concept. p. 2. fol. 31. col. 4. & fol. 32. col. 1.* qui hoc insigne diuinitus mutati animi exemplum prophetica sententia claudit: *Venient ad te, qui detrabebant tibi, & adorabunt vestigia pedum tuorum. Isai. 18.* Vide *P. Portel 2. par. resp. Moral. casu 32. Torres fol. 184.*

*Immaculata Conceptioni deuotus à perpetrando homicidio retrahitur. XLII.*

**I**N vrbe Aquilana quidam venerationi Conceptionis Deiparæ deditus, inimicitias nihilominus capitales exercens & ad occidendum inimicum progrediens, B. Virginem deprecatus est, se vt in hoc facto protegeret, ne quid mali sibi eueniret: quem pijsima misericordiæ mater miraculosè à sceleris exequutione retraxit: pugio enim, quem euaginare volebat, vt inimicum percuteret, totus simul cum ipsa vagina ad eò fuit retortus, vt nec humana vi ita retorqueri, nec vllò modo extrahi potuerit. Quo viso miraculo, ille Virginæ Conceptionis cultor de intentata cæde poenitentiam egit; pugio autem

ad rei memoriam seruabatur adhuc retortus, vt ab oculato teste se accepisse *Bustius testatur d. serm. 7. fol. 32. col. 2.*

*Ethica febris à pio ad impugnatorem transfertur.*

*XLIII.*

**P**ROPE Mediolanum vir nobis nomine Franciscus de Corijs B. Virginem sine originali peccato conceptam affirmans, à cuiusdam Ordinis Fratris molestius obloquente impugnatus, Deum orauit, vt iudicium inter vtrumque faceret. Cumque ipse Franciscus per multos menses febrem ethicam passus esset, statim ab ea liber extitit, quæ aduersarium Virginæ puritatis inuasit, & per multos etiam menses afflixit. *Bust. ibid. miraculo 10. ex relatione eiusdem Francisci de Corijs.*

*Fœminarum ignem ingredientium sors inæqualis. XLIV.*

**I**N quadam Italiæ regione, Fratres Minore cum alterius religionis sociali de Conceptione B. Virginis contendente, altercatio ad mulieres quoque audientes peruasit. Duæ ergo illorum Ordinum habitum, vt moris est, pietatis causa gestantes in suarum opinionum defensionem ignem ingredi pepigerunt, quo ingentis magnitudinis accento, illisque ingressis: quæ habitum, opinionemquæ Fratrum Minorum tenebat, illa sa permansit; alia verò concremata est. *Bust. ibid. mirac. 11.*

*Insanabilis languoris curatio.*

*XLV.*

**P.** F. Thomas de Boemia tibiam, cum fœm ore ita aridam, & vigore destitutam habebat, vt omni remedio desperato, de abscissione inter Medicos ageretur. Accurrit ad B. Virginis patrocinium anxius, & sanitatem in honorem Immaculatae Conceptionis efflagitans, Missam de hoc mysterio alteritan-



tum pedi insistens, & altari innixus cum maximo cruciatus celebravit. Qua expleta, statim perfecte sanatus est, & incolumis ambulare cepit, Romamque pedestri itinere profectus, *Bustio* hæc scribenti insigne adeo miraculum præsens narrauit. *Vbi supra, mirac. 12.*

*Damon veritatem fateri cogitur.*  
*XLVI.*

**F**errariæ Dux hominem idiotam sibi subditum energumenum de Conceptione B. Virginis interrogavit: qui sermone non solum Latino, sed etiam eleganti, B. Virginis præseruationem à peccato originali tenendam esse dixit, & rationibus ex Scoto ad litteram adductis comprobauit. Deo, & veritati gloriam inuitus dedit Dei, & veritatis inimicus, ut olim Christi Domini diuinitati *Mar. 1. & 5. & Luc. 4.* inexpugnabilis enim veritatis vis à Deo quidem testimonium accipit; ab hostibus verò triumphandi materiam. *Bust. loco cit. mirac. 13.*

*Disputatoris contra Immaculatam Conceptionem subita mors. XLVII.*

**C**um Theologus quidam Tholosanus in eiusdem vrbis gymnasio Deiparam sanctissimam peccatum originale contraxisse solemniter determinasset; placuit Martino V. Pont. Max. doctorum virorum cætum ad eum reuincendum congregare. Die ergo disputationi præstituta, Theologus ille sanus, ac valens è lecto surrexit opinione firmata, & ad eam defendendam paratus; sed subita morte, stupente Pontifice, & Romana Curia præuentus est. Hoc diuinæ vindictæ exemplum *Ioannes Americus in serm. de Concept. coram Synodo Tridentina habito retulit, ut testantur Lezana cap. 15. fol. 69. Carthag. to. 2. lib. 1. hom. 19. fol. 121. Americium auctorem citat noster Torres tract. de Concept. lib. 3. cap. 12. fol. 214. historiam ipsam referunt Gonomius in*

*chron. B. Virg. ad an. 1419. Cucarus folio 96. Miranda cap. 97. Tamaius de Salazar ad dictum annum. Hippolyt. Marrac. in Põtificibus Marianis cap. 70. fol. 142.*

*Immaculata Conceptio prædicatorum virtus, infirmorum medicina. XLVIII.*

**R.** P. Iacobus Lainius Soc. Iesu Præpositus Generalis ad Patres Tridentini Concilij de Immaculata Virginis Conceptione concionem habiturus die ipso, quo febris quartana consueto cursu imminebat, cum dilationem obtinere posset, petere noluit B. Virginis patrocinio confusus: quod præsentissimum expertus est, febris enim deserente in ipsa concione, quam ad tres vsque horas magno totius Concilij plausu protraxit. Tantam verò fiduciam in huius mysterij veneratione idem Venerabilis Patet collocabat, ut ægrotis, vel festi Conceptionis celebrationem, vel vigiliæ ieiunium aliudvè simile opus in eius honorem consuleret: quo saluari remedio integram illi sanitatem, aut magnum ægritudinis leuamē consequerentur. Ex P. Pineda eiusd. Soc. ser. de Concept. Salaz. cap. 42. sac. 16 fol. 441. Lezana cap. 15. fol. 69. Porren. cap. 27. fol. 50.

*Granata vrbis expugnatio.*  
*XLIX.*

**F**erdinandus, & Elisabetha Catholici Reges, post longam, & successu irritam Granatæ vrbis obsidionem, votum emiserunt primum in ea templum dedicandi in honorem Immaculatæ Conceptionis B. Virginis: qua auxiliante, victores urbem ingressi, Maurico ex Hispania imperio eradicato, grato, & memori animo, quod sacratissimæ Virgini promiserant, fideliter reddiderunt. *Bust. ser. 9. p. 3. fol. 48. col. 1. Carthag. lib. 1. de sac. Arcan. Deiparæ, hom. 19. col. 122. Miranda q. 22. fol. 581. Lezana Apologet. cap. 15. fol. 70.*



*B. Virgo concionatorem corrigit. L.*

**P**F. Giralduſ de Piſcaris Ord. Minor. in quadam concione aduerſus Immaculatam Conceptionem B. Virginis loquutus, & poſtea Miſſam celebrans, cum Euchariſtiam ſumere vellet, ſeueriſſimis verbis à B. Virgine increpitus, veniam cum gemitibus petijt, & iterum ſuggeſtū conſcendens miraculo narrato, pro puritate eiſdem ſanctiſſimæ Virginis egregiè concionatus eſt. *Ioannes Alanus in Deſenſ. Concept. ſupra citato, Ancilla 7.*

*Laus ex ore lactentis. LI.*

**P**Ver Aſtigitanus Hiſpalenſis Diceceſis menſes quatuordecim natus, & adhuc lactens, clarè, & diſtinctè cecinit carmen Hiſpanum de Immaculata B. Virginis Conceptione: *Todo el mundo en general, &c. Egid. de Preſent. l. 3. q. 6. art. 5. §. 2. fol. 337. Daza fol. 97. Miranda cap. 97. fol. 728. & in tract. Lat. q. 22. fol. 582. Torres lib. 3. cap. 12. fol. 220.*

*Pestilentia ſedatio. LII.*

**O**Scæ in Aragonia deſauiens peſtilentia ceſſauit, voto emiſſo de celebranda feſtiuitate Conceptionis B. Virginis, & non edendis carnibus in eius vigilia. *Daza fol. 94. Torres fol. 115. & habetur authenticū in archiuo huius Cœnobij S. P. N. Franciſci Matritenſis.*

*Idem. LIII.*

**P**Eſtis grauiſſima, quæ Baſileenſem ciuitatem vexauerat, ceſſauit eo ipſo die, quo Decretū de Immaculata B. Virginis Conceptione conſectum eſt, ſcilicet 17. Septembr. an. 1439. *Jacob. de Vorrag. & Claudius de Rota Dominicanus in Hiſt. Lombard. Daza fol. 94.*

*Idem. LIV.*

**S**imilem gloriouſſimæ Virginis opem ſenſit Mediolanenſis Ciuitas: nam tem

pore Blanchorum acerbiffimam peſtis calamitatem perpeſſa ad tribulatum reſugium Domini Matrem ſpem ſuam conuertens, emiſit votum celebrandi feſtum eiſus Immaculatæ Conceptionis, quo nūcupato, à peſte liberata eſt. *Buſt. ſer. 9. p. 3. fol. 47. col. 4. Moren. cap. 6. fol. 393. Daza fol. 95.*

*Litterarum naufragio amiſſarū inuentio. LV.*

**H**Oc inſigne miraculum accidit Venerabili Dominae Beatriſci de Silva, vt ſupra colum. 117. in obſeruatione ſummatim retulimus, adſcriptis etiam auctoribus, vnde longior rei geſtæ narratio peti poteſt.

*A tempeſtatis ſimul, & partus periculo mulier liberatur. LVI.*

**M**ulier Anglicana cum partui proxima nauigaret, viro ſuo comitante, & ſauiente tempeſtate, partuque imminente, in tabula extra nauem ne omnes ſubmergerentur, depoſita eſſet: B. Virgini promiſit, ſi illud periculum euaderet, ſe eiſus Conceptionem deuotiùs, quàm alias vnquam, celebraturam. *Statim ergo aſſuit Virgo Beatiffima, quæ eam ad littus perduxit, at que à periculo abortus liberauit, natoque puero, officium obſetricis adimpleuit. Buſt. ſer. 8. in fine, Daza cap. 11. fol. 93.*

*Recti propoſiti immemor miſericorditer admonetur. LVII.*

**M**ediolani prædicator quidam poſt concionem contra Immaculatam Conceptionem B. Virginis, collocari fecit in eodem, quo prædicauerat, loco tabulam auctoritatibus Virgineæ puritati aduerſantibus conſcriptam. Aderat quidam Immaculatæ Conceptioni deuotus: qui reputans quantum damni illius tabulæ lectio inferre poſſet, vt ei occurreret, propoſuit apud ſe ſupra oſtium propriæ domus depingere aliquorum Doctorū imagines,



gines, cum eorum sententijs Immaculatam B. Virginis Conceptionem commendantibus, simulque miraculam prædicatoris à lupo suffocati, quod ante recensuimus. Hoc ergo rectum propositum cum per aliquod tempus implere distulisset, in grauem morbum incidit, & nulla medicorum ope subleuatus. quod proposuerat, voto confirmauit, & executus est, & sine medicinarum remedijs sanitatem recuperauit. *Bust. ser. 9. p. 3. fol. 46. col. 1. ex testimonio ipsius, cui miraculum accidit, & aromatarij, qui illi in aegritudine ministravit.*

*Ulcera celerrima curatio.  
LVIII.*

**I**N terra Madoctiæ tēpore pestis, quidam morbo ulcers laborans, B. Virginem rogauit, vt ad gloriam suæ sanctissimæ Conceptionis eum liberaret. quam orationem cum quadam die ad vesperam fecisset, mane sequenti se liberum reperit. *Bust. ibid. col. 3.*

*Festum Conceptionis delens sine  
lingua moritur. LIX.*

**Q**uidam Religiosus Mantuani Marchionis Confessarius instāter apud eundem Marchionem contendit, vt festum Conceptionis B. Virginis è libro festorum, quæ in illa Cinitate obseruantur, expungeretur. Cumque nihil proficeret, respondente Marchione festum illud à suis maioribus institutum fuisse; rogare non destitit, vt festum prædictum saltem cancellatis lineis obducere sibi liceret: quod Marchione vt molestiæ se eximeret, permittente: Confessarius festo cancellato, ad suum monasterium reuertus, mortuus est sine lingua; meruit enim illam linguam amittere qua B. Virginis Conceptionem præsumpsit impugnare. *Bust. ibid.*

(...)

*Festum Conceptionis cum octaua  
celebrandum vt Deo gratissimū,  
rosa per integrum annum vi-  
rente, & redolente compro-  
batur. LX.*

**D**E hoc miraculo latè habes eolum. 474. dum de sacra Celestinos. Religione egimus.

*Aduersarij Immaculatæ Concep-  
tionis illuminatio. LXI.*

**C**vm Viglenani disputatio de Conceptione B. Virginis habenda esset, Baccalaureus cuiusdam Ordinis, qui ad eam conuenerat, & vsque ad illud tempus opinionem Immaculatæ Conceptioni contrariam tenuerat, Meritis ipsius B. Virginis illuminatus à Deo, coram fratribus nostris renuntiauit opinioni suæ, promisitque se de cætero crediturum ipsam benedictam Virginem sine originali peccato fuisse conceptam. *Bust. ibid. fol. 47. col. 2.*

*Mortuus quidam Immaculatæ  
Concept. aduersarius ad vi-  
tam reuocatur.  
LXII.*

**F**RANCISCUS Mulet in Ecclesia Collegiata Urbis Mantuæ Canonicus, & Immaculatæ Conceptionis oppugnator, cum quadam die in choro diuinum persolueret officium, crudeliter ab inimico, cui nomen Planes, occisus, statim occubuit. Post vero tres amplius horas iam mortuus, ad vitam redit, & veritatem Conceptionis Immaculatæ, his verbis confirmat: *Vita ad hoc solum mihi concessa, vt quam tenui contra piam opinionem, sententiam retractem: verum est Beatissimam Virginem MARIAM ab originali macula in sua Conceptione fuisse immunem, & diuinitus præseruatam.* His dictis ad feretrum rediens iterum demoritur. Miraculum hoc in Collegiata Ecclesia præfata pu'chris tabel-



tabellis depictum perseverat. De illo latè agunt *Torres lib. 2. cap. 4. fol. 881. Daza cap. 10. fol. 84. Doctor Tenas Episc. Dertis. in ser. habito die 25. Nouemb. an. 1618. ad solemne votum pro Immaculata Concept. à ciuit. Barcin. factum, & habetur authenticum in archiuo huius conuent. S. Franc. Mariti.*

*Ante Immac. Conceptionis Imaginem orans nobilis fœmina à paralyfi liberatur.*  
**LXIII.**

**C**ompluti Virgo quædam nomine Maria de la Peñuela, tam horribili, & deformi paralyfi vexabatur, vt nō tam mulier, quàm monstrum esse videretur, & Medici omnes nil se vnquam tale vidisse conclamarent. Quæ ante imaginem Conceptionis deuotissimè orans, misericordiam est consequuta, ac magna cum omnium adstātium admiratione ab acri, terribiliquè illa infirmitate mirabiliter est liberata. *Huius miraculi mentionem faciunt Vincentius Iustm. in tract. quem fecit annot. ad vitam B. Ludouici Beltran, consid. 5. Lezana cap. 15. fol. 70. Miranda q. 22. fol. 581. & Daza fol. 90. Qui omnes asserunt, hoc vnum fuisse ex miraculis, quod maximè Sedem Apostolicam mouit ad canonizationem S. Didaci Complutēsis.*

*Idem. LXIV.*

**I**n opido *Cañabate* aliud simile miraculum contigisse ante imaginem Immaculatæ Concept. narrant auctores pro antecedenti miraculo relati.

*Predicaturi contra Immaculatam Conceptionem admiranda mutatio. LXV.*

**R.** P. Fr. Alphonsus Cabrera Ordin. Prædic. Magister, ac Regius concionator, Hispali in die Conceptionis proposuit non de præseruatione ab origina-

li, sed de sanctificatione Virginis prædicare. Verum quamuis totus huic negotio deditus, nil potuit contra Virginis innocentiam, vel scribere, vel cogitare. Accedente iam die sermoni præfixo tristitia non modica afficiebatur: causam suæ ruditatis agnoscens sententiam mutat, Virginemquè inuocat Immaculatam, ac votis omnibus repromittit, si præsto adest copia dicendi, purissimam Conceptionē coram omnibus defenturam. Vix votum finierat, cum sermonem facili negotio disposuit sacrae Script. aptissimis, & selectissimis testimonijs refertum. Cunctos hic casus stupore repleuit. *Torres lib. 3. c. 7. fol. 189. Doctor Tena in serm. Barcin. predicato anno 1618.*

*Impugnator Immaculatæ Conceptionis amens efficitur.*  
**LXVI.**

**I**n ciuitate Condomij quidam sanctæ Theologiæ Magister Viernensis contra Immaculatam Conceptionem cum Magistro Odone Carmelitano coram magno populi congregato cœtu in Ecclesia Cathedrali conuenit disputaturus. Cumque iam propositionem suā in medium producere vellet, subito mente captus, & cæcus effectus fuit, cunctis, qui adstantibus, admirantibus. Ad domum suæ Religionis per fratres deductus, post dies octo, eadem amentia, & cæcitate perdurante, miserabiliter est mortuus. *Alanus sub Ancilla 7. qui ait, se hoc ab illis accepisse, qui presentialiter affuerunt.*

*Immaculatæ Conceptionis cultus Deo gratissimus.*  
**LXVII.**

**C**vin excelentis. Pastranæ Dux Rodericus de Silva, B. Virginis imaginem in quodam subterraneo loco intra suam ditionem inuentam, in prædictum oppidum venerationis ergo deferret, ad locum, vbi primum inuenta est, Virgo ipsa miraculosè redibat. Quod cum se-

Eccc mel,



mel, & iterum effecisset, tãdem Illustrissimus Dux, vt erat purissimæ Conceptioni valde addictus; candido, & cæruleo ornatu (quo vtuntur Moniales Ord. Cõceptionis) insit imaginem supervestiri, ac de erigendo Pastranæ, si ibi persisteret imago, monasterium virginum præfati ordinis, votum emisit. Quo facto Virgo sanctissima amplius non recessit, acceptans, vt locum sibi gratissimum, qui suæ incontaminatæ Cõceptionis aueret cultum. *Torres cap. 13. fol. 137. ex Archiepiscopi Casaraugust. relatione, & est constans opidanorum traditio.*

*Moribundi mirabilis sanatio.*  
*LXVIII.*

**C**vm R.P. Magister Deza Casaraugustanæ Vniuersitatis in sacra Theologia Vesperarius moderator an. 1613. in grauissimum morbum incidisset, ita vt Medici de salute penitus desperarent, voto se obstrinxit, si sanitatem recuperaret, piam opinionem de Immaculata Conceptione firmiter asserturum. Quo facto statim vires recepit, languor abiit, omnemquè in breui valetudinem, non sine omnium stupore, est consequutus. *Torres cap. 7. fol. 194.*

*Lethaliter ulcerati sanatio.*  
*LXIX.*

**T**empore, quo ciuitas Mutinensis grauissima peste vexabatur, vir erat nobilis vlcere mortali ictus, qui, vt iam morti vicinus plorabatur. Verum ipse Virginis implorat opem, & rogat, vt sicut in sua Conceptione credit Immaculatam, sanitati restituat. Vix dixerat, cum suauis somno corripitur. Post breue spatium surgens è somno, nec minimum pristini ictus vestigium præsensit. *Daza cap.*

*11. fol. 95. Torres cap. 9.*  
*fol. 112.*

*Monialis admirabilis sanatio.*  
*LXX.*

**I**N Monasterio Immaculatæ Conceptionis ciuitatis Turiasonenfis sanctimonialis erat Magdalena de Albiano, quæ ad vltimum vitæ discrimen continuè febribus languebat. Adueniente iam die Immaculatæ Conceptioni consecrata se ad chorum per sorores duci flagitauit. Ibi Beatissimam Virginem est præcæta, vt ad honorem suæ purissimæ Cõceptionis de tantis eriperet malis, & sanitatem concederet, quam optabat: & statim recepit non sine omnium admiratione maxima. *Torres lib. 3. cap. 14. fol. 229. & ex Memorialib. præfati Monast.*

*Ab igne bellico liberatio. LXXI.*

**C**vm triremes Meliti Principis anno 1623. Romam trajicerent ex Hispania, occurrit quædam Turcarum nauis, quam Christiani milites subiecerunt, quibus iam ad nauim deuictam ascendere incipientibus, igne tormetario à Turcis admoto Catholici omnes in aëra leuati, ac in mari submersi sunt. Hos inter Hyacinthus de Roca Immaculatam Conceptionem Virginis inuocauit deuotè, nec fuit à desiderio fraudatus, nam etiãsi in aëra, cæterorum instar, fuerit eleuatus, tamen ad vnã triremium asportatus, & omnino incolumis est inuentus patrocinio Virginis Immaculatæ. *Ioannes Serran. Episcop. Asernens. lib. 2. cap. 13. num. 23.*

*Miraculosa sanatio. LXXII.*

**A**Nno 1623. Salmanticæ in conuentu Corporis Christi Sanctimonialis quædam ex vehementi, & copiosissimo sanguinis fluxu in extremis iam vitæ laborabat. Ipsa ad Virginis auxilium recurrens petijt, vt imaginem Immaculatæ Conceptionis sibi deuotissimam afferrent, quam corde inuocauit, & affectu, nam vocem edere nequibat. Quo facto statim vires recipere visa est, & integram sanitatem consequuta. Rem, vt

prot.



profus mirabilem Episcopus Salmanticensis comprobavit, & sanitatem declaravit non sine miraculo restitutam. *Serranus Episcop. Acernens. lib. 2. c. 13. n. 24.*

## OBSERVATIO PRO MIRACVLIS.

**E**X supra allatis miraculis satis, superquæ veritatem Immaculatæ Concept. manere comprobatam, nemo inficias ibit, nisi pietati, & æquitati censeatur contrarius. Fatemur nõ omnia fidem habere æqualem, sed maiorem, vel minorem iuxta referentium maiorem, vel minorem auctoritatem. Multa bonis testibus, grauisissimisque arbitris afferuntur. Multa apud nos habemus auctoritate publica, omnique instrumento ad fidem conciliandam necessario suffulta, & consignata. Et multa, quæ infirmis nitebantur narrationibus, & breuitati, & veritati consulentes scienter omittimus. Hoc maximè notandum, plura ex relatis esse miracula, quæ in officio Immaculatæ Conceptionis (ut à fidelibus publicè legerentur) à Sixto IV. Pont. Max. speciali diplomate stabilita probantur. Et quis erit, qui Sanctissimum Pontificem in negotio ad officia diuina spectante, fallax aliquid, lusorium, aut in exploratione leue putet consensisse? Præsertim cum magna pars miraculorum ipso Pontifice superstite, vel circiter contigisse non sit dubium. Certè non habent maiorem auctoritatem ea, quæ admiranda referuntur in sacrarum Religionum, & illustrium virorum legendis. Nil contra illa editum hucusque, nil ab Immaculatæ Concept. impugnatoribus secus probatum; quod veridica fuisse miracula non leuiter consignat, & stabilit; præsertim si oppositæ partis defensores consulas, illi enim nullum (quod sciamus) pro illa miraculum ostendent. Nec credibile est profecto pro Deipara sanctissima peccati macula inficienda, miraculum aliquod eius Filiû effecisse, ut rectè notauit P. Lezana cap. 16. fol. 70. colum. 2.

De fide tribuenda viro eruditissimo, & morum honestate ornatissimo Fr. Bernardino Bustio in miraculorum enarratione, non est cur sit dubitandum, præsertim cum illa maiori ex parte ab alijs Doctoribus, iisque probatissimis, ut à Ioanne Vitali, & Alano, transcripserit, vel oculari testimonio ipse probauerit, ut patet ex serm. 9. de Concept. 3. p. sermo

nis circa finem, ubi ait: Sciant ergo omnes quod ea, quæ in hoc opere scripsi, aut ipse ex originalibus libris extraxi, aut ab alijs auctoribus sic allegata transcripsi. Miracula verò hic posita, aut ipse oculis proprijs vidi, aut à fide dignis narrata, vel descripta recitavi, &c. Pro Bustio legendus est Gonzaga 2. p. fol. 342. & 352. Torres lib. 1. cap. 2. fol. 8. & Daza cap. 14. folio 114. qui plures auctores pro Bustio recenset.

Verum si quis contentiosus, vel neget, vel infirmet, satis nobis sit pro veritatis argumento omnium populorum sensus vnanimis, qui erga Immaculatam Conceptionem absque miraculorum editione augetur quotidie: hoc illis obiecit, qui in fide Catholica negant facta esse miracula. Augustinus lib. 20. de ciuit. cap. 5. Si ista miracula facta esse non credunt, hoc nobis grande miraculum sufficit, quod totus terrarum Orbis sine miraculis credit.

## REVELATIONES DIVINITUS factæ pro veritate Immaculatæ Conceptionis gloriosissimæ Virginis MARIÆ.

### Helvino Abbati. I.

**H**Abetur supra col. 1. & 4. Eius certitudinem latè comprobant, & defendunt *Yepes in Chronico. Benedict. to. 7. ad an. 1109 fol. 99. & Torres fol. 6. Vide Theatrum Vitæ Humanæ to. 5. fol. 244. Leonem à S. Thoma in Benedictina Lusitana, tract. 1. par. 5. fol. 229. & Baptist. Mantuanum lib. 12. de sacris diebus.*

### Diacono Regis Vngariæ fratri. II.

**S**Vpra col. 8. & proximè inter miracula. *Christoph. Moren. cap. 6. fol. 379. Leo à S. Thoma ibid. Bachonius in 4. d. 2. q. 4. art. 2. Velluga in vita duorum, fol. 173.*



Canonico cuidam. III.

**E**T hanc miraculis coniunximus ex dictis col 9. huius Regesti. Videatur Aponte in sapientiam cap. 1. num. 4. digress. 2. §. 6. & Serran. Episc. Acernēs. lib. 2. cap. 12. num. 4.

OBSERVATIO.

**P**radiēta tres reuelationes à S. Anselmo relata, olim in multis Ecclesijs officio diuino inserta recitabantur, ut videre licet inter excerpta Breuiariorum colum. 198. & deinceps. Tante verò apud omnes semper fuerunt auctoritatis, ut originem festo Conceptionis B. Virginis in tota Gallia dederint, nec de illarum fide, nisi apud illos, qui eas incertorum more acceperant, sit dubitatum. Id patet ex modestissimis Seraphici Doctōris S. Bonauent. verbis in 3. d. 3. quæst. 1. ad 4. Ut quidam dicunt, hæc solemnitas celebrari non cepit humana inuentione, sed diuina reuelatione: quod si verum est, sine dubio bonum est solemnizare eius Conceptionem.

Expressius autem, & latius harum reuelationum vim expendit Marsilius, cuius integrum locum verbo tenus adducemus valde probandum, hoc excepto, quòd trium reuelationum, quæ legebantur in officio Conceptionis, secundam patauit Gulielmo Duci Normannorum factam, vel quia fortè alios codices habuit, vel memoria lapsus; nam Gulielmus Abbatem Heluinum in Daciā misit, sed reuelationem ipse non habuit, iuxta ea, quæ modò legimus in Anselmi scriptis.

Marsilius in 2. sent. q. 20. artic. 1. folio 315. Sciendum est, quòd in Ecclesia Gallicana ex tribus reuelationibus, quæ etiam in lectionibus ibidem in festo Conceptionis publicè leguntur, festum Conceptionis inductum est. Quarum una fuit facta in mari cuidam Abbati ad Angliam nauiganti, cui in extremo periculo constituto dictum legitur, quòd si voueret, quòd deinceps festum Conceptionis Virginis MARIÆ celebraret, eius meritis liberaretur: vouit, & saluatus est cum omnibus suis sodalibus. Secunda facta fuit Duci Normannorum Gulielmo, qui transiens cum exercitu valido ad Angliam pro acquirendo sibi regno

vsque ad extremū periculum suæ classis producto simili reuelatione, & promisso liberatus, & ad portum productus totius regni Anglorum victor factus est. Tertia facta dicitur cuidam Clerico B. MARIÆ valde deuoto, qui singulis diebus aliquid laudis ei consuevit decantare: qui celebrato matrimonio, antequam uxori coniungeretur, recordans se illo die nihil speciale ad Virginis laudem cecinisse, dimissa solemnitate nuptiarum solus Ecclesiā intriuit, cui cantanti coram imagine Matris Domini Antiphonam, Tota pulchra es: Virgo Maria apparuit, & reprehensus ab eadem, quare si ipsa esset tota pulchra, ea prætermissa, duxisset uxorem: Et ut uxorem carnis dimitteret, & festum Conceptionis eius celebraret instruetus, secretè recessit. Et ea postmodum disponente, Patriarcha Antiochenus effectus est. Has tres reuelationes, quæ primæ duæ coram multis factæ, & tertia eodem modo per Clericum reuelata, Gallicana recipit Ecclesia. Vnde consequenter actum est, ut non deceret, ut peccatrix, & rea mortis æternæ diuinis laudibus extollatur, quæ ferè ab omnibus Doctōribus sacre Theologiæ Parisiensis studij, præter quam à Prædicatoribus, sine originali peccato concepta; sine assertionem tamen Virgo MARIÆ publicè prædicetur, &c. Hæc Marsilius.

Sancto Anselmo Cantuarie nsi Episcopo.

IV.

**N**on desunt auctores, qui reuelationem de hoc mysterio S. Anselmum habuisse putent, apparente sibi B. Nicolao Episcopo, & de festo Conceptionis instruento ex Virginis mandato. Ita Petrus de Natalibus in legend. Sanctior. lib. 1. cap. 42. Arnaldus Vbion in ligno vitæ cap. 103. & alij. Si res ita se habuit, reuelationem aliam à tribus prædictis necesse est consignare.

Monacho cuidam. V.

**S**anctum Bernardum cuidam Monacho in Abbacia de Claraualle existenti apparuisse, & de veritate Immaculatæ Conceptionis, & de sua mente instruisse, referunt Bussi in officio à Sixto IV.

appro-



approbato lectt. 5. diei secundi, & sexti, & serm. 8. de Concept. p. 3. ait, B. Bernardus post mortem suam apparens, cuidā Monacho suo dixit, quōd in cælo fit festum Conceptionis. *Alanus de Concept. fol. 2. Cucar. 2. p. fol. 97. Robertus Litiis ser. 1. Guilliel. Vorrillong in 3. dist. 3. art. 2. Aureol. in 3. dist. 3. art. 1. Petrus de Candia, & Petrus de Aquila apud Tartaret. q. 1. §. Nota, quōd dicit vnus Doctor; Aloysius Nouarinus lib. 4. sacrorum electorum ex cursu 17. in fine, Cartag. lib. 1. hom. 19. Miranda q. 23. fol. 587. Doctor Tena Episc. Dertus. in ser. Barchinonæ habito pro Immaculata Conceptione.*

*Sancta Gertrudi. VI.*

**V**irgo hæc sanctissima Ordinis S. Benedicti filia inter alia diuinæ voluntatis arcana accepit purissimam Dei Genitricem à primi Parentis labe minimè infectam fuisse. Ita R. P. Fr. Didacus Yepes tomo 7. Chron. S. Benedicti ad annum 1109. fol. 104. col. 4. *Serranus Episcop. Acern. lib. 2. cap. 12. n. 21.*

*Episcopo Fantino. VII.*

**E**piscopo Fantino demente S. Thomæ circa Immaculatam Conceptionem dubitanti, ipse Angelicus Doctor apparuit, & mentem suam explicans affirmavit Beatif. Virginem à peccati originalis macula præseruatam fuisse; qua facta reuelatione Episcopus ille festū Conceptionis in suo Episcopatu celebrari fecit. *Bustus 1. p. ser. 7. de Concept. qui refert Ioannem vitalem in tract. de Concept. afferentem se suis oculis vidisse librum huius reuelat. Egidius lib. 3. q. 6. art. 4. §. 2. nu. 19. Moreno de Concept. cap. 6. fol. 392. Ojeda in informat. cap. 4. fol. 57. pag. 2. Doctor Tena Episcopus Dertus. in ser. sapius cit. Nouarin. lib. 4. sacror. electorum, ex cursu 17. fol. 65. Bernal de Concept. discursu 4. fol. 49. Cartag. lib. 1. hom. 19. Porren. fol. 9. Miradā q. 23. fol. 588. Torres lib. 3. cap. 4. fol. 178. Hanc reuelationem (inquit Egid. supra) satis habere auctoritatis, vt tanquam vera recipiatur.*

*Beata Angela. VIII.*

**F**ilia Regis Bohemiæ B. Angela, vitæ sanctitate valdè celebris, professione Carmeli filia, de Immaculata Virginis Conceptione cælestes reuelationes habuit, vt referunt *Guerrerus de Concept. concord. 15. fol. 206. & Castillus in 3. Scoti to. 1. disp. 11. de præseruat. Virginis num. 48.*

*Sancto Norberto. IX.*

**H**ic Sanctissimus Patriarcha Magdeburgensium Archiepiscopus, totius Germaniæ Primas, Præmonstratensis Ordinis fundator inelytus, ac sanctissime Virginis eximius amator, ab ea candidissimam vestem accepit in testimonium suæ Conceptionis Immaculatæ. *Hippolythus Marrac. in fundatoribus Marianis cap. 13. Serranus Episcop. Acern. lib. 2. cap. 12. num. 20. & habes in Reg. col. 475.*

*Sancta Brigitta. X.*

**S**ancta Brigitta Sueua Ord. Monialium, & Monachorum Brigittentium fundatrix multis in locis suarum reuelationum edocetur à Spiritu S. Deiparam sine vlla aspersione originalis maculæ ab initio suæ Conceptionis extitisse. Habes in Reg. col. 24. &c. Vbi notandum, anno 1628. præfatas reuelationes typis excusas Romæ apud Ludouicum Grigmannum cum Bulla Urbani VIII. quæ incipit, *Cū sicut Venerabilis frater, &c.* & approbatione Magistri Sacri Palatii. Vide *Marsil. in 2. q. 20. art. 1. & Miran. q. 23. fol. 584.*

*B. Petro Villariensi. XI.*

**V**irgo ipsa Deipara huic Venerabili Cisterciensis Ordinis Patri die octaua Decembris apparuit, & de celebranda eo ipso die sua Immaculata Conceptione plenius instruxit. *Habes in Reg. col. 473.*

*S. Hildegardi. XII.*

**V**eritas de Immaculata Conceptione Hildegardi sanctissimæ foeminae, ac diuinis loquutionibus assuefactæ fuit demonstrata. *Didacus Yepes to. 7. cit.*



B. Amadeo. XIII.

**A**B Archangelo Gabriele ſibi appa-  
rente didicit vir iſte multis reuela-  
tionibus clariffimus, & Sixti IV. Pontif.  
Max. Confeſſarius Deum ſua omni-  
potentia Beatiffimam Virginem Matrem  
ſuam in Conceptione à peccati iugo exe-  
miſſe. *Agidius de præſent. lib. 3. q. 6. art. 4.  
§. 2. num. 16. Bivarius de Concept. 2. p. §.  
12. Miranda q. 23. fol. 589. Perlinus apo-  
log. pro Concep. diſt. 4. cap. 4. Daza cap. 16.  
fol. 128.* Porrò reuelationes huius clarif-  
ſimi viri affert, & ab impoſturis Bzovij  
vindicat. *R. P. Petrus de Alva in Bibliothe-  
ca Mariana to. 1. fol. 655. De Amadeo il-  
luſtriſſima profert elogia Hippolyt. Mar-  
rac. in præſatione ad lib. Apoſtoli Mariani.*

S. Mechtbildi. XIV.

**F**Loruit hæc ſanctiſſima Virgo in eo-  
dem Monasterio, & ſæculo, quo ſan-  
cta Gertrudes effulſit, reuelationibus fuit  
cæleſtibus illuſtrata, inter alias cognouit  
Immaculatæ Conceptionis veritatem.  
*Tepes tomo 7. cit.*

B. Iacobo de Marchia. XV.

**B**Eatus Iacobus de Marchia Ordinis  
Minorum reuelatione à Deo ſibi fa-  
cta cognouit ſanctiſſimam Dei Genitri-  
cem primi originis nauo nunquam fuiſſe  
infectam. *Episcopus Oxomensis in approbat.  
lib. Doctoris Luzeri ad Cardin. Tolet. Biva-  
rius de Concept. 2. p. §. 12. fol. 68.*

S. Helisabethæ. XVI.

**S**ANCTA Helisabetha Vngariæ Regis fi-  
lia, de puriſſima Conceptione cælitus  
per reuelationem edoc̄ta eſt. *Pelbart. lib.  
4. ſtellar. p. 1. art. 3. Ioannes de Colonia in  
1. ſententiarum q. 237. Salazar de Concept.  
cap. 42. ſæculo 14. in fine, Daza cap. 6. fol.  
44. Caſtillo in 3. Scoti tomo 1. diſ-  
putatione 11. de præſer-  
uat. B. Virginis  
nu. 48.*

Impugnatori Immaculatæ Conceptionis.

XVII.

**P**ARIſIJS cuidam Magiſtro prædicaturo  
contra Immaculatam Conceptionem  
Virgo ſanctiſſima apparuit, dicens; *quid  
ego vnquam tibi feci Magiſter, quia hoc mane  
vis contra meum honorem prædicare?* Et iuſ-  
ſit eum flagellari, ipſe verò genuflexus  
veniam poſtulabat. Tunc B. Virgo dixit  
Angelo Gabrieli, vade, & doce hunc ſer-  
monem, quem mane faciat Vniuerſitatì  
Pariſienſi. Cui Gabriel ait; *aperi os tuum,  
& adimplebo illud.* Statim igitur ſenſit  
Magiſter in corde ſuo ſermonē pulcher-  
rimum, in quo demōſtrabatur, quòd Re-  
gina Cæli concepta fuit ſine peccato ori-  
ginali, & illum prædicauit populo Pari-  
ſienſi. Ita *Franciſcus de Mayronis Doct̄or Il-  
luminatus ſerm. de Concept. Buſt. ſerm. 6. de  
Concept. p. 3. Miranda q. 23. fol. 587.*

Cuidam deuotæ Moniali. XVIII.

**T**EMPore Bonifacij Octaui, anno 3.  
quædam Monialis virtutum ſplendo-  
re clariffima vidit Beatiffimam Virginē  
ſibi dicentem; *ſcias filia, quòd mea Imma-  
culatæ Conceptioni, & ſanctificationi inter-  
fuerunt tria millia Cherubin canentium, &  
dicentium, Mater Domini eſt Maria, & ta-  
bernaculum Trinitatis.* Buſt. ſer. 8. de Con-  
cept. p. 3. Moren. cap. 6. fol. 384. Daza  
cap. 18. fol. 140. Torres lib. 1. cap. 12.  
fol. 127.

S. Franciſcæ Romanæ. XIX.

**H**Vic ſanctiſſimæ Matronæ oſtenſum  
fuit, Reginam Cæli glorioſam, Ma-  
trem Vnigeniti Dei abſque originalis la-  
be conceptam. *Hippolyt. Marrac. de funda-  
toribus Marianis cap. 28. §. à ſenſibus.*

Religioſæ fœminæ. XX.

**D**VM quadam nocte Religioſa quæ-  
dam Deo valdè familiaris admirare-  
tur, quòd Eccleſia Dei feſtum Concep-  
tionis non celebraret, audiuit vocē Chri-  
ſti ſibi dicentem, *ſcias filia pro certo, quòd  
die*



die octaua Decembris festum Conceptionis  
Matris meae in Curia caelesti solemniter cele-  
bratur. *Bust. serm. 8. p. 3. Moren. cap. 6. fol.*  
*385. Torres lib. 1. cap. 12. fol. 128.*

*Venerabili Beatrici de Silva. XXI.*

**F**Vit Virgo hæc generis nobilitate, &  
virtutum splendore celeberrima, cui  
Beatissima Regina Virginum apparuit  
candido, & caruleo ornatu circumami-  
cta, & de instituenda Religione Monia-  
lium sub inuocatione Immaculatæ Con-  
ceptionis admonuit. *Hippolyt. Marrac. de*  
*fundatoribus Marianis cap. 29. Chrysof. Hen-*  
*riquez in Menol. Cist. die octaua Decembris,*  
*Baling. in Kal. Mariæ 8. Decembris Chron.*  
*Minor. p. 3. lib. 8. cap. 11. & 12.*

*Venerabili Ioanna à Cruce. XXII.*

**A**Nno 1509. in ipso Conceptionis  
die Virgo hæc humilitate, & vitæ pu-  
ritate ornatissima in laudem Immacula-  
tæ Conceptionis plura in ecstasi rapta  
pronuntiauit, quæ habentur in lib. ipsius  
reuelationum. Hispanicè *Conorte nuncu-*  
*pato. Carrillus de personis illustribus 3. Or-*  
*dinis S. Francisci cap. 11. Daza cap. 16. fol.*  
*129. Doctor Velluga de Deipara reuelat. 7.*  
*fol. 177. Serranus Episcop. Acern. de Concep-*  
*lib. 2. cap. 12. num. 21.*

*Venerabili Francisco de Salès. XXIII.*

**H**Ic sanctitatis eximiæ vir Episcopus,  
& Princeps Gebenensis sodalitatem  
Anicij erexit, quam nomine Immacula-  
tæ Conceptionis B. Mariæ insigniri vo-  
luit, eo ipso die, quo in Episcopum con-  
secratus est, qui fuit octavus Decembris  
Immaculatæ Conceptioni sacer, vidit  
Virginem sibi apparentem, & in suam  
singularem protectionem ipsum assumen-  
tem, eò quòd cultor suæ Conceptionis  
extitisset. *Hippolyt. Marrac. in fundator.*  
*Marianis cap. 43. fol. 325.*

*Venerabili Hippolytæ de Torrinos. XXIV.*

**C**ÆsarAugustanæ ciuitatis decus in-  
clata hæc foemina, vitæ, & morum ho-

nestate valdè celebris, in die Conceptionis  
Immaculatæ de hoc pijsimo myste-  
rio multiformiter à Deo fuit instruita.  
*Torres cap. 13. fol. 133. Daza cap. 6. fol.*  
*44. Eius vitam latè scribit Vincentius*  
*Blasius to. 2. Annal. Arag. lib. 3. cap. 38.*

*Mariana de Iesu Toletana. XXV.*

**V**Ixit hæc deuotissima foemina Tole-  
ti, & pœnitentia, & humilitate conf-  
picua, inter alia cælitus sibi communicata  
accepit Virginem in sua Conceptione  
nullis deturpatam piaculis. *Doctor Velluga*  
*de Deipara reuelat. 8. fol. 178.*

*Venerabili Mariæ de la Antigua. XXVI.*

**V**Enerabilis hæc, & vita, & conuersa-  
tione singularis Virgo erga Imma-  
culatam Conceptionem studio ferebatur  
singulari, & meruit in oratione edoceri  
de veritate Immaculatæ Conceptionis  
B. Virginis. *Daza cap. 6. fol. 44. colum. 2.*

*Virgini Annæ de Serna. XXVII.*

**F**Vit hæc Virgo vita, & conuersatione  
deuota, in oppido Orgaciensi nata, re-  
uelationibus à Deo factis accepit sanctā,  
& Immaculatā in sua Conceptione Dei-  
param extitisse. *Doctor Velluga eius confes-*  
*sarius lib. de Deipara reuelat. 8. fol. 178.*

*Incredulo mysterium Conceptionis reuelatur.*  
*XXVIII.*

**V**Allisoleti in Hispania anno 1618.  
Bartholomæus de Cardenas, Con-  
ceptionis Immaculatæ valdè incredulus,  
in grauem incidit infirmitatem, ita vt à  
Medicis pro mortuo iudicaretur. Hic cū  
paululum inter infirmitatis angustias ob-  
dormisset, sensit se totum vndeque  
ardētissimo igne comburi, & simul sum-  
mo frigore algere, vocemque audiuit di-  
centem, *Cruciate fortius hunc incredulum*  
*meæ purissimæ Conceptionis. Apertis ramen*  
*magna vi oculis, conspexit in medio cu-*  
*biculi Beatissimam Virginem stantem,*  
*quæ ad infirmum conuersa interrogauit,*



*Credis Immaculatam meam Cōceptionem? Et respondente infirmo, credo, Virgo sanctissima te absque originali fuisse peccato conceptam: Angelorum Regina adiunxit: Sic crede, sic dicito, sic omnibus prædica, ac manifesta. Et replicanti infirmo, obsecro Virgo purissima, ut pristinam sanitati restituas; respondit Virgo: fiat tibi, sicut petisti; & his dictis in cælos remeavit. Exultans infirmus, ac sanus factus cepit Immaculatam Virginis Cōceptionem prædicare, & ad id credendum omnes adhortari. Ioannes Serranus Episcopus Acernens. lib. 2. cap. 13. num. 2. 2. & habetur authent. in archiuo huius conuentus Matrit.*

*Apparitiones, & Angelorum Cantus.*  
XXXIX.

**I**N oppido Alcaçar de Consuegra nūcupato constructa est Ecclesia in honorem Immaculatæ Cōceptionis, in qua sæpius cælestes Angelorum cantus à multis auditos esse constat ex informationibus super hoc factis, vt refert Serranus Episcopus Acernens. lib. 2. cap. 13. n. 18.

*Venerabili P. Alphonso Rodericio. XXX.*

**H**ic deuotissimo viro sanctissima Virgo reuelauit Societatem Iesu ad defensionem Immaculatæ Cōceptionis inter alias causas institutam, vt habes in hoc Regest. colum. 543.

*Venerabili P. Hieronymo Carmelo. XXXI.*

**V**enerabilis Pater Fr Hieronymus de Carmelo Ordinis Sanctæ Mariæ de Mercede, cum in Cantica Canticorum eruditos scriberet commentarios, tandē ad verba illa perueniens capitis 4. *Tota pulchra es amica mea & macula non est in te,* anxius hæreb. t scire desiderans, quid his verbis intenderit Spiritus Sanctus: & raptus in ecstasim visionē habuit, in qua Beatissimam Virginem conspexit, & Angelos coram dulciter decantantēs pulchram in sua Cōceptione, & sine macula extitisse. Ipse verò postea firmavit: *Tota pulchra es Maria, & macula originalis non est in te, ego vidi, ego vidi, id ipsum spiritus*

*Angelicos decantare. Et hæc cum gaudio sæpius repetens, ac totus in purissimæ Concept. mysterium absorptus, ab eo loco, nec scribere deinceps aliquid potuit, nec commentari. Torres cap. 12. fol. 526, ex lib. Agricultura animæ, per Fr. Melchiorum Roderic. Burgis impresso anno 1603.*

*Ædicula, in qua Virgo sanctissima concipitur, veneratio. XXXII.*

**C**um Venerabilis Alexander Ecclesiæ S. Georgij Tarsacti in Dalmatia gubernator grauissima corripere infirmitate, apparuit Virgo sanctissima cælesti curia comitata, & monuit, vt si salutem consequi vellet, domum, in qua ipsa concepta fuit, & nata, ab Angelis ex Nazareth ibi deductam, deuotissimè coleret, & coli ab omnibus prædicaret. Spondet ita facturum ex animo. Disparuit visio, & ipse è lectulo statim surrexit sanus. Rem omnem populo patefecit, & ad cultum illi ædiculæ (in quâ Virginis Cōceptio emicuit) exhibendum tum litteris, tum sermonibus incitauit. Sacra hæc Ædes Lauretum postea ab Angelis est translata. Horatius Turselinus in historia Lauret. lib. 1. cap. 3.

Atque ex hoc loco facillè constare poterit, qua cogitatione ducti Franciscani per varias mundi plagas hanc Lauretanæ Virginis inuocationē multis Cœnobijs, & sacellis per ipsos fundatis accommodauerint. Eo vel maximè, quia sic Immaculatæ Cōceptionis auerent cultum, ac venerationem palam dilatarent, vt rectè notauit Doctor Franciscus Padilla Malacitanæ Ecclesiæ Canonicus, & Thesaurarius in Hist. Lauret. lib. 1. cap. 30. fol. 187. dicens: *Quien mas ha dilatado, y esfendido la noticia de aquel diuino santuario, y del nombre de nuestra Señora de Loreto, son los Frailes de la santissima Orden del Seraphico P. S. Francisco, la qual siempre se ha mostrado muy deuota de la gloriosa Virgē Maria, y de su limpia Concepcion; (mysterio muy proprio de aquella casa; pues nuestra Señora fue concebida, y engendrada en ella) y assi los dichos Frailes de San Francisco, han lleuado la noticia de ella hasta las Indias Occidentales,*  
uondo



donde en la ciudad de Cartagena han edificado un Conuento, è Iglesia de su Orden, con la apelacion, y nombre de Santa Maria de Loreto. Y los mismos han edificado capillas del mismo apellido, en los conuentos de la dicha Orden de San Francisco, en las ciudades de Barcelona, Valencia, Zaragoza, Monçon, y Zeruera, en la Corona de Aragon. Y en la de Portugal, en la Prouincia de santo Antonio, media legua de Tancos, ay un Monasterio de Frailes Descalços, de la Orden sobredicha, que se llama nuestra Señora de Loreto. Y en el Algarve, en la ciudad de Cines ay otro Monasterio de Franciscos, del mismo apellido. Hæc ille, qui tamē plures alios poterat conuentus adijcere inuocationis præfatæ, quales sunt conuentus S. Mariæ Lauretanæ prope Hispalim in Prou. Bética; Castilioni in Prouincia Brixienfi, Laureti in Prou. S. Bernardini. Conuentus S. Mariæ Lauretanæ Castricuri in Prouincia S. Angeli. Conuentus S. Mariæ Lauret. Monfortij in Prouincia S. Ioan. Bapt. & alij.

*Obseruatio pro Reuelationibus.*

**P**æfatæ reuelationes pro commendanda Virginis Immaculata Conceptione communiter circumferuntur. Ex eis non leue, nec inefficax argumentum authores piæ sententiæ ad eam stabiliendam desumunt. Et quidem clarè constat nullum inueniri sæculam, in quo quibusdam nota, vel obseruata sanctitatis uiris, aut sceminis aliquid circa hoc mysterium Immaculata Conceptionis non fuerit reuelatum. Missas uerò facimus reuelationes alias, ut quæ ueritatis scrupulum ingerebant, vel firmiorem probationem desiderabant. At supra memorata non est cur uertantur in dubium: habent enim omnes conditiones, & regulas à Theologis statutas, ut tanquam ueræ à Catholicis suscipiantur; & authores, qui eas recensent, tum pietate, tum eruditione spectabiles inconcussim eis fidei testimonium præbent. Videatur *Vuading. in legat. pro Concep. oratione 8.*

Porro reuelationes S. Brigittæ factas, cum Ecclesiæ subierint examen, approbatæ quæ existant, quis audeat contemnere? nisi de duritia cordis, & de temerario ausu ueniat increpandus. Ex eis sufficienter uidebitur, quàm

iniuste agitur cum alijs pijs hominibus, qui his similes reuelationes habuerunt, dum quod in hac fœmina laudauit Ecclesiæ, in illis condemnant aduersarij.

Quia tamen plures ex reuelationibus non sunt auctoritatis S. R. Ecclesiæ calculo firmata, non est nostræ intentionis præfatam auctoritatem adstruere, sed illam dumtaxat, quæ ab auctoribus illas recensentibus potest dimanare. Idem dictum uolumus de miraculis iuxta decretum S. Romanæ, & uniuersalis Inquisitionis editum die 13. Iulij anno 1634.

*INDVLGENTIÆ, ET  
alij fauores à Summis Pontificibus in honorem, & cultum Immaculatae Conceptionis B.  
MARIÆ Virginis  
concessi.*

**P**atres Cœcilij Basileensis anno 1439. concesserunt cunctis fidelibus uerè pœnitentibus, & confessis, qui in die Immaculatae Conceptionis Missarum solēnijs assisterent, centum dies de iniunctis sibi pœnitentijs, qui uerò primis, uel secundis uesperis totidem; sermoni uerò Verbi diuini de ea festiuitate interessentibus centum quadraginta dies elargiti sunt. Has indulgentias ab illis Patribus in festo Immaculatae Conceptionis Christi fidelibus concessas recensemus ad rei gesta memoriam, seclusa Concilij auctoritate, de qua agitur in *Regest. col. 22.*

*Sixtus IV.*

**S**ixtus IV. anno 1472. in Bulla, quæ incipit à Sede Apostolica, concessit, ut in Ecclesiæ S. Mariæ de Populo absolueret possint fratres Augustiniani in die Conceptionis, non secus, ac faciunt Pœnitentiarij Minores deputati in Basilica sancti Petri de Vrbe. Habetur in Bullario August. per Fr. Laurentium Empoli eiusdem Ordinis in Rom. Curia Procuratorem Generalem sub Sixto IV. const. 7.

Idem Pont. eodem anno in Bulla, quæ incipit *Inter præcipuas*, confirmat indul-



gentias in die Concept. B. M. Virginis concessas Ecclesiæ S. Mariæ de Populo, quas indulgentias extendit ad Congregationem ibi sitam, & quod teneatur Populus Rom. ad oblationem vnius calicis argentei in die Concept. eidem Virgini de Populo faciendam. *Habetur in Bull. August. sub Sixto 4. const. 8. fol. 352.*

Idem Pont. anno 1476. in Bulla, quæ incipit *Cum præexcelsa*, statuit, & ordinauit, quod omnes, & singuli Christi fideles vtriusque sexus, qui Missam, & officium festi Conceptionis B. Mariæ Virginis, cuius initium est: *Sicut liliam inter spinas*, &c. in festo eiusdem Conceptionis deuotè celebrauerint, & dixerint, aut illius horis canonicis interfuerint, quoties id fecerint, eandem prorsus indulgentiã, & peccatorum remissionem consequantur, quam Urbanus IV. & Martinus V. & alij Rom. Pontif. concesserunt illis, qui Missam, officium, & horas canonicas in festo corporis Christi, à primis vespers, & per illius octauam (iuxta Rom. Ecclesiæ institutionem) celebrant, & dicunt; aut Missæ, ac officio, & horis huiusmodi interfunt. *Habetur in Regest. col. 47.*

Idem Sixt. eodem anno 1476. in Bulla, quæ incipit *Ineffabilia*, concessit visitantibus Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Populo Urbis Romæ in festiuit. Conceptionis B. Mariæ, indulgentiam plenariam omnium peccatorum. *Habetur in Bullario August. nianorum sub Sixto 4. constit. 6. fol. 350.*

Idem Sixtus anno 1477. in Bulla, quæ incipit *Dum attenda*, &c. oranes indulgentias à prædecessoribus suis concessas visitantibus Ecclesias Fratrum Carmelitanum in festis B. Mariæ, scilicet Natiuitatis, Annuntiationis, Purificationis, & Assumptionis, extendit ad festum Conceptionis. *Habetur authent. apud Roderic. sub Sixto 4. Bulla 38. & in Compend. Priuileg. Minor. verbo indulg. Primo quoad seculares num. 33.*

Idem Sixtus anno 1480. in Bulla, quæ incipit *Libenter ad ea*, cōcessit Fratri Bernardino de Bustis, quod officium Immaculatæ Conceptionis ab eo compositum, à quibuscumque fidelibus liberè, & lici-

tè recitari possit. Item concessit viuæ vocis oraculo, quod recitantes prædictum officium eandem consequantur indulgentiam, ac consequuntur officium Leonardi de Nogarolis recitantes. *Habetur in Regest. col. 548.*

Idem Sixtus omnibus Christi fidelibus visitantibus Ecclesias fratrum Congregationis S. Hieronymi Fesulani in festiuitate Conceptionis Virginis Mariæ tres annos indulgentiarum, & totidem quadragenas de iniunctis sibi pœnitentijs misericorditer relaxauit. *Hieron. à Sorbo in Compend. priuileg. Minor. verbo indulgent. quoad seculares Primo in addition.*

Idem Sixtus concessit vndecim millium annorum indulgentiam recitanti- bus in laudem Immaculatæ Conceptionis orationem, quæ incipit, *Aue sanctissima Maria*, &c. *Habetur in Regest. col. 548.*

#### Innocentius VIII.

Innocentius VIII. anno 1489. in Bulla, quæ incipit, *inter innumera*, concessit Monialibus Ordinis Immaculatæ Conceptionis conuentus Toletani, vt in quadagesima, & alijs diebus, quibus stationes in Ecclesijs Urbis, & extra eam celebrantur, aliqua altaria in Ecclesia dicti Monasterij visitando, & ante illa genibus flexis ter orationem Dominicam, & toties salutationem Angelicam deuotè dicendo, easdem indulgentias consequantur, quas consequerentur, si Ecclesias prædictas visitarent; ac omnibus, & singulis gratijs, priuilegijs, & exemptionibus alijs dicti ordinis, per Sedem prædictam in genere concessis, vti, potiri, & gaudere liberè, & licitè possint, & debeant, &c. *Habetur in Regest. col. 113.*

#### Iulius II.

Iulius Secundus anno 1510. in Bulla, quæ incipit *Dum præclara*, concessit omnibus, & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus in Regno Castellæ constitutis, verè pœnitentibus, & confessis, qui imaginem Beatæ Mariæ, & Vnigeniti eius Filij, quam Moniales Ordinis S. Cō-



ceptionis Toletanæ in scapulario, & homines in pectore deferre consueverunt, detulerint, & nouies salutationem Angelicam deuotè recitauerint, vt similes, & prorsus easdem indulgentias consequantur, quas consequerentur, & consequi possent, si decies salutationem Angelicam in honorem decem virtutum eiusdem Beatæ Mariæ Virginis recitarent. *Habes in Regest. col. 123.*

Idem Pont. anno 1511. in Bulla, quæ incipit *Ad statum prosperum*, in qua confirmat regulam Monialium Immaculatæ Conceptionis Monasterij Toletani, concessit, quòd in eodem Monasterio in tempore interdicti, Missæ, & alia diuina officia patefactis ianuis in festo Conceptionis B. Mariæ Virginis alta voce possint à quocunque Sacerdote celebrari, &c. *Habes in Regest. col. 127.*

Idem Iulius anno 1510. Ecclesiam Sanctæ Mariæ Lauretanæ multis indulgentijs, & fauoribus locuplerauit; eo, quòd ibi sanctissima Virgo Concepta fuerit, &c. vt patet ex verbis cuiusdam Bullæ in archiuo illius sanctissimæ domus seruatæ, *Nos attendentes, quòd non solum in prædicta Ecclesia de Laureto imago ipsius Virginis Mariæ, sed etiam (vt piè creditur, & fama est) Camera, seu talamus, ubi ipsa Beatissima Virgo concepta est, &c. Gabriel de Talauera in hist. Virg. de Guadalupe in obseruat. lib. 1. §. 6. fol. 333.*

Leo X.

**L**eo X. anno Domini 1515 in Bulla, quæ incipit *Saluatoris nostri*, concessit, vt, qui Ecclesiam S. Mariæ de Populo de Vrbe visitauerit in festiuitate Cõceptionis Virginis Mariæ, à primis vespers, vsque ad occasum Solis, & pro pauperum subsidio manus porrexerint adiutrices, quoties id fecerint, toties plenariam omnium suorum peccatorum indulgentiam consequantur. *Cherubinus Laertius in Bullario to. 1. sub Leone X. Bulla 15.*

Idem Pont. anno 1517. ad petitionem Archiepiscopi Barenis Gabrielis Merini concessit, quòd viri deferentes imaginem Conceptionis B. Virginis, & mulieres scapularium eiusdem ordinis Cõceptionis cum prædicta imagine easdem gra-

tias obtineant, & consequantur, quas consequantur, & consequi possunt deferentes chordam fratrum Minorum, & corrigiam S. Augustini. *Habetur apud Roderic. in oraculis Leonis X. num. 33. & tomo 1. qq. Regul. q. 57. art. 4. Quæ autem sint præfata indulgentiæ, habes apud eundem Roderic. qq. Regul. q. 57. art. 4. citatis, & in compend. Roderic. resolut. 30. n. 7.*

Idem, anno 1517. in Bulla, quæ incipit *Supra gregem*, concessit omnibus personis Ecclesiasticis Regnorum Hispaniæ recitantibus officium Immaculatæ Cõceptionis à Leonardo de Nogarolis cõpositum, vt tempore cuiuscumque interdicti possint dictum festum cum octaua solemniter celebrare. *Habetur authent. apud Roderic. sub Leone X. Bulla 14. Quo indulto possunt optimè frui etiam Ecclesiæ, vbi non sit officium Cõceptionis ordinatum per Leonardum de Nogarolis, nec dicitur Missa, quæ incipit Egre dimini, &c. Videatur Emanuel Roderic. q. 57. art. 5.*

Idem Pont. anno 1518. in Bulla, quæ incipit *Pia Christi fidelium*, concessit Rectoribus, & Beneficiariis Parochiarum Ecclesiarum oppidi Molinæ Seguntinæ Diocesis, vt in nocte ante diem festum Immaculatæ Cõceptionis B. Mariæ Virginis post laudes annis singulis vnâ Missam in cantu cum Presbytero, Diacono, & Subdiacono solemniter celebrare, liberè, & licitè valeant. *Habes in Regest. col. 141. & in Hippolyt. Marrac. sub Leone X.*

Idem Leo an. 1520. in Bulla, quæ incipit, *Quia nuper*. concessit Monialibus ordinis Immaculatæ Cõceptionis sub obedientia fratrum Minorum degentibus, vt omnibus, & singulis priuilegijs, concessionibus, prærogatiuis, gratijs, & indultis spiritualibus, & tēporalibus per ipsum Leonem, & Sedē Apostolicam fratribus Minoribus, ac Monialibus S. Claræ, & sororibus tertij Ordinis sancti Francisci quomodolibet concessis, & concedendis, prædictæ Moniales vtantur, potiantur, & gaudeant. *Habes in Regest. col. 165. & in compend. priuilegiorum, verbo, communicatio priuileg. n. 18 & Roderic. tomo 1. qq. Regul. q. 55. art. 15.*

Idem,



Idem, anno 1521. in Bulla, quæ incipit, *Sanè Religionis sinceritas*, concessit fratribus Benedictinis Vallisoletanis, vt tēpore interdicti possint in die Conceptionis B. Mariæ, & per eius octauas, Missas, processiones, & alia diuina officia solemniter, & in cantu celebrare, quod priuilegium etiam extendit ad eiusdem Ordinis Moniales. *Habetur apud Roderic. sub Leone X. Bulla 39. & Hippolyt. Marrac. in Pontif. Marianis sub Leone X.*

Idem Leo iubilæum concessit Ecclesijs S. Mariæ de Araceli, sanctorū Apostolorum, S. Francisci trans Tiberim, S. Laurentij in Damaso, &c. in ipso Conceptionis die consequendum. *Hippolyt. Marrac. in Pontific. Marianis sub Leone X. in fine.*

Idem Leo concessit, quod quoties fratres Minor. de obseruantia dicunt Missam Conceptionis Virg. Mariæ, ac intēdunt orare pro sua sanctitate, & vniuersali Ecclesia, indulgentiam plenariam cōsequantur. *Habetur in Compend. priuil. Fr. Minorum per Hieronym. à Sorbo reformatum verbo indulg. plenariæ quoad fratres nu. 17. & in compend. priuileg. Ordinis S. Hieronymi verbo indulgentia, §. 14. & Roderic. tomo 1. q. 57. art. 3.*

Idem Leo ampliavit supra dictam indulgentiam pro fratribus eiusdem ordinis audientibus præfatam Missam Conceptionis, ac etiam pro Monialibus S. Claræ in congregatione viuentibus, similiter audientibus prædictam Missam. *Idē Sorbo, ubi supra num. 18. & Roderic. to. 1. q. 57. art. 3.*

Idem Pontifex plures indulgentias concessit eis, qui deuotè imaginem Immaculatę Conceptionis aspexerint, cum intentione, & proposito præfatas indulgentias consequendi. *Torres cap. 11. fol. 361.*

Idem Leo concessit deferentibus imaginē Conceptionis, & recitantibus quinque *Pater noster*, & *Aue Maria* cum totidem *Gloria Patri* in fine, & postea vnum *Pater noster* cum *Aue Maria* pro sua Sanctitate, omnes, & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones, quæ ipsis diebus (quibus id recitauerint) sanctissimis locis

Ierusalem, Romæ, Compostellæ, ac S. Mariæ de Portiuncula sunt concessæ. *Salaz. in Prou. Castella lib. 8. cap. 25. folio 509. Andelnus fol. 17.*

Idem Leo concessit secum habentibus prædictam imaginem Conceptionis, eam venerando, & exosculando deuotè, quinque annos, & totidem quarentenas remissionis peccatorum. *Idem Auctores.*

Idem Pont. concessit habentibus præfatam imaginem Conceptionis, & flexis genibus recitantibus ter *Pater noster*, & *Aue Maria*, quindecim annos indulgentiarum. *Idem Auctores.*

Idem Pont. concessit habentibus secum prædictam imaginem Conceptionis indulgentiam plenariam omnium peccatorum, si quinquies orationem Dominicam, & salutationem Angelicam recitauerint pro sælici statu Sanctæ Matris Ecclesiæ, pro hæresum extirpatione, & pro pace inter Principes Christianos. *Idem Auctores.*

Idem concessit habentibus eandem imaginem Conceptionis 33. annos, & totidem Quarentenas indulgentiarum recitando ter *Pater noster*, & *Aue Maria* pro ijs, qui in peccato mortali miserabiliter existunt. *Idem Auctores.*

Idem concessit habentibus prædictam imaginem Conceptionis, & recitantibus tertiam Rosarij partem, aut coronam B. Mariæ Virginis, vel Christi Domini coronam, toties, quoties id fecerint, omnium peccatorum indulgentiam plenariam, & remissionem consequantur. *Idem Auctores.*

Idem concessit habentibus prædictam imaginem, & post factam communionē Deo gratias agentibus recitando Psalm. *Miserere mei Deus*, aut Canticum *Magnificat*, aut quinquies *Pater noster* cum *Aue Maria*, vnam è Purgatorij pœnis animam posse liberare. *Idem Auctores.*

Idem concessit, quod qui in Dominico die, vel feria 4. per annum, vel in festiuitatibus B. Mariæ Virginis nouem *Pater noster*, & nouē *Aue Maria* in honorē Conceptionis eiusdem B. Mariæ recitauerint, vnam pro libito è Purgatorij pœnis animam extrahant. *Idem Auctores.*

Idem



Idem concessit indulgentiam plenariã, & omnium peccatorum remissionẽ eis, qui secum habentes prædictam imaginẽ in hora mortis, ore, vel corde dixerint *ter Iesus, Maria. Idem Auctores.*

*Adrianus VI.*

**A**drianus Sextus anno 1522. vltimo die mensis Iulij in Bulla, quæ incipit *Romanus Pontifex*, approbavit confraternitatem Toletanã in obsequium, & laudem Immaculatæ Conceptionis fundatam. In qua œconomus, & primus cõfrater fuit Carolus V. Imperator, cuius deuotionem in Virginem imitati totius Regni proceres se eiusdem sodalitiij legibus subiecerunt, in quibus multoties profitebantur expressè se omnia illa, & magna, quæ exhibebant obsequia, Deo obtulisse in honorem Immaculatæ Conceptionis suæ Genitricis. Et hæc sodalitatẽ concessit per omnes Hispaniæ ciuitates fundari, quam per cunctas propagari præcepit prædictus Imperator. Huius ergo confraternitatis sodalibus concessit Põtifex plenariam in mortis articulo indulgentiam, & remissionem omnium peccatorum. Item eis, qui in die Conceptionis B. Mariæ Ecclesias, siue loca, in quibus confraternitates huiusmodi institutæ fuerint, deuotè visitauerint, duos annos, & totidem quadragenas de iniunctis eis pœnitentijs relaxauit. *Habes in Regeft. col. 54.*

*Clemens VII.*

**C**lemens VII. anno 1526. in Bulla, quæ incipit *Dum consideramus*, cõcessit, quòd Syndici, & Procuratores ordinis Monialium Immaculatæ Conceptionis gaudeant omnibus, & singulis indulgentijs, & peccatorum remissionibus, fauoribus, & gratijs, quibus fratres Minores de obseruantia gaudent, & potiuntur. *Cherubinus Laertius tomo 1. sub Clement. VII. Bulla 19. & Roderic. sub Clement. VII. Bulla 1.*

Idem Clemens ad instantiam Francisci Quignonij S. R. Ecclesiæ Cardinalis Sanctæ Crucis concessit, quòd quicumque Conceptionis habitu indutus voluerit sepeliri in Monasterio Monialium Im-

maculatæ Conceptionis ciuitatis Legionensis, omnes gratias, ac indulgentias obtineat, quæ in Minoritico habitu decedentibus sunt concessæ. *Gonzaga 3. p. Chron. in Prouincia S. Iacobi Monasterio 16.*

Idem Clemens officium Immaculatæ Conceptionis à Francisco Quignonio Cardinali ordinatum, & in breuiario Romano positum approbavit, quòd officium, vsque ad Pium V. recitabatur. *Hippolyt. Marrac. in Pontif. Marianis sub Clement. VII. cap. 83. & Serranus Episc. Aconens. lib. 2. cap. 8. nu. 21. & sic asseritur in præfat. Breuiarij Quignonij impres. Venet. 1557.*

Idem Clemens confirmauit Religioni Monialium Immaculatæ Conceptionis cuncta, quæ sui concesserant prædecessores. *Hippolyt. Marrac. sub Clemen. VII. fol. 183. & Vuadin. in legat. orat. 8. fol. 221.*

*Paulus III.*

**P**aulus III. die septima Ianuarij anno 1536. ad instantiã Cardinalis Sanctæ Crucis concessit cõfratribus cõfraternitatis Cõceptionis Domine nostræ in Hispaniarũ partibus, quòd quicumque ex eis contritus, & confessus, seu confitèdi propositũ habens in festo Cõceptionis eiusdẽ B. Virginis, seu aliqua inter eius octauam die, aliquã Ecclesiam sub inuocatione præfatæ Mariæ Virginis visitauerit, ac nouies salutationẽ Angelicã recitauerit, seu si legitimè impeditus fuerit, aut si Ecclesia sub huiusmodi inuocatione nõ existat, vbicũque moram traxerit, coram aliqua dictæ Mariæ Virginis imagine eisdẽ nouem salutationes Angelicas recitauerit, lucrentur indulgentias, & remissiones peccatorum, quas consequuntur in Quadragesima, & per annum, in diebus stationum septem Ecclesiarum, & aliarum Urbis, & extra muros, si personaliter easdem Ecclesias visitassent. Concessit etiã præfatæ confraternitati, & eius confratribus omnes gratias, & indulgentias ipsi, & ipsis concessas à se, & à suis prædecessoribus, & quòd in die Conceptionis, & quocũque eius octauæ possint eligere confessorẽ idoneum, qui eos possit absoluerẽ ab omnibus excommunicationibus, suspensionis, & interdicti, alijsquẽ Ecclesiasticis



ſententijs, cenſuris, & pœnis dummodo cauſam cenſuris, ſeu interdiſto huiusmodi non dederint. Necnon vœtorum quorumcumque, (vltramarino viſitationis Luminum Apoſtolorum de Vrbe, ac ſancti Iacobi in Cõpoſtella, Religionis, & caſtitatis votis exceptis,) ac Eccleſiæ mādatorum tranſgreſſionibus, præter quam contentis in Bulla Cœnæ Domini; & in mortis articulo in foro conſcientiæ plenariè abſoluere, &c. *Habetur in Regeſto ordinis fol. 222. & apud Roderic. in oraculis Pauli 3.*

Idem Pont. anno 1536. die tertia Iulij in Bulla, quæ incipit *Breuiarium diuini officij, quod dilectus filius noſter Franciſcus tituli ſanctæ Crucis in Hieruſalem Preſbyter Card. recognouit, &c.* approbavit, & præcepit Breuiarium à prædicto Cardinali recognitum ab vniuerſali Eccleſia recitari, in quo officium Immaculatæ Conceptionis aſignabatur: *Sicut lilium, &c. Orat. Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem, &c. Prædictam Breuiarium impreſſum fuit Venetijs apud hæredes Lucae Antonij Iunta 1541. & alibi.*

Idem Paul. conceſſit, quòd ingredientiſ Monafterium Monialium Immaculatæ Conceptionis ciuitatis Legionenſis in die Conceptionis, & ibi orantes pro pace inter Principes Chriſtianos, &c. plenariam omnium peccatorum indulgentiam percipiant. *Gonzaga 3. p. Chron. in Prouincia S. Iacobi Monaf. 16.*

Idem Paul. anno 1537. die 26. Martij conceſſit Archiconfraternitati Immaculatæ Cõceptionis ſitæ in Eccleſia S. Laurentij in Damaso omnes gratias, indulgentias, & peccatorum remiſſiones, &c. quæ tam per ſe, quàm per ſuos prædeceſſores quomodolibet conceſſæ ſint confraternitatibus Romæ fundatis, videlicet charitatis, S. Spiritus in Saxia, Sancti Iacobi in Auguſta, &c. *Habetur integra Bulla apud Torres lib. 4. cap. 9. fol. 341. & Moren. cap. 9. fol. 511. adducit inſtrumento publico comprobata.*

Idem Paul. confirmavit omnia, & ſingula priuilegia, quæ ſui prædeceſſores conceſſerant Monialibus Immaculatæ Conceptionis. *Hippolyt. Marrac. in Pont. Ma-*

*rian. ſub Paulo 3. capite 82. in fine.*

#### Julius III.

**I**ulius III. confirmavit ea omnia, quæ circa Religionem Monialium Immaculatæ Conceptionis ſui ſtatuerant prædeceſſores. *Vuading. orat. 8. Marrac. in Põtificibus Marianis cap. 84. fol. 190.*

#### Paulus IV.

**P**aulus IV. varia edidit diplomata, quibus multas indulgentias, gratias, & fauores conceſſit Monialibus ordinis Immaculatæ Conceptionis. *Vuadingus orat. 8. fol. 221. Hippolyt. Marrac. in Pontific. Marianis ſub Paulo 4. cap. 86. fol. 195.*

#### Pius IV.

**P**ius IV. plenariam omnium peccatorum indulgentiam pro ijs, qui Eccleſiam S. Franciſci Alcanicij in glorioſæ Conceptionis feſtiuitate viſitauerint, ſpeciali diplomate conceſſit. *Gonzaga 3. p. Chron. in Prouincia S. Iacobi conuentu 32.*

#### Pius V.

**P**ius V. anno 1566. Pontif. ſui anno 1. ſpeciali mandato iniunxit S. Carolo Borromæo Card. S. Prax. viuæ vocis oraculo, vt confirmaret ſtatuta, & ordinationes confraternitatis Immaculatæ Conceptionis in Monafterio Regina Angelorum Ordinis prædicatorum fundatæ. *Habetur in Regeſt. col. 528.*

Idem Pontifex anno 1567. Pontificatus ſui anno ſecundo, die vigefima tertia Decembris ad perpetuam rei memoriam conceſſit omnibus Monafterijs ordinis S. Hieronymi, quòd tempore cuiuſcumque, tam generalis, quàm ſpecialis interdicti, quavis auctoritate etiam Apoſtolica appoſiti, & apponendi, officium diuinum, & Miſſa in Monafterijs, domibus, Eccleſijs ordinis, per religioſos, & religioſas alta voce ianuis apertis in die Conceptionis B. Virginis, &c. publicè dici, celebrari, & cantari poſſit, omneſquè Chriſti fideles illic occurrentes illis intereſſe, & aſſiſtere liberè, & licitè poſſint, & valeant. *Compend. Priuileg. Ordinis S. Hieronymi verbo interdicti. §. 9.*

Idem



Idem Pius anno 1571. 14. Kalend. Decemb. Pontif. sui anno 6. concessit, vt qui Ecclesiam Fr. Minorum ciuitatis Accitanæ (vulgò Guadix) visitauerint deuotè à primis vesperis diei festi Virginis Conceptionis, vsque ad occasum Solis sequentis diei, plenariam omnium peccatorum indulgentiam perpetuò valituram consequantur. *Gonzaga 3. p. in Prouinc. Granat. conuent. 9.*

*Gregorius XIII.*

**G**regorius Decimus tertius an. 1578. in Bulla, quæ incipit *Ad augendum*, cōfraternitatem, & Capellam Immaculatæ Conceptionis sitam in conuentu Iesu ordinis Minorum in ciuitate Regum Regni Limensis in India, & alias, si quæ sunt in toto illo Regno confraternitates Conceptionis apud fratres Minores situatæ, decorauit multis indulgentijs, & præcipuè in ipso die Conceptionis indulgentia plenaria, & remissione peccatorum. *Habes apud Vading. orat. 8. fol. 303.*

Idem Pont. anno 1580. concessit cōfratribus confraternitatis Conceptionis B. Virginis, in conuentu fratrum Minorum ciuitatis Valentia fundatæ, vt qui in die Conceptionis prædictam Ecclesiam, vel Capellam, vbi existit præfata confraternitas, visitauerint, & ibi pro exaltatione S. Matris Ecclesiæ, hæresum extirpatione, & pro pace inter Principes Christianos orauerint, dicendo quinquies orationem Dominicam, & toties salutationem Angelicam, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam consequantur. *Habetur aut bent. apud Christophor. Morenum cap. 9. fol. 552.*

Idem Greg. Pontificatus sui anno 10. per suas litteras expeditas 21. Martij anno 1582. concessit venerabili confraternitati Cathecumenorū de Vrbe, quòd singuli Christi fideles vtriusque sexus verè pœnitentes, & confelsi, ac sanctissimo Eucharistiæ Sacramento refecti, qui in die Conceptionis B. Mariæ Virginis eorum Ecclesiam visitauerint, & inibi pias ad Deum preces effuderint pro pace inter Principes Christianos conseruanda, hæresum extirpatione, & S. Matris Ecclesiæ

exaltatione, quoties id fecerint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem consequantur. *Chrysofomus Henriquez in priuileg. Cisterciensis ordinis, Antwerp inapressis 1630. fol. 445.* Hanc eandem indulgentiam lucrantur fideles visitantes Ecclesias Congregationis B. Mariæ Fuliensis ordinis Cisterciens. in die Conceptionis B. Mariæ Virginis, ex concessione eiusdem Gregor. XIII. vt refert præfatus *Henriq. cit.*

Idem Pont. speciali diplomate concessit, quòd quicumque Sacerdos pro fidei defuncto sacrum celebrauerit in altari Immaculatæ Conceptioni sacro, quòd existit in conuentu Sancti Spiritus Ferraria ordin. Minorum, eius animam ex Purgatorij pœnis eruat. *Gonzaga 3. p. in Prouincia Bononia conuentu 4.*

Idem Greg. speciali diplomate concessit fratribus conuentus S. Francisci Milionici in Prouincia Basilicatæ, vt apud se erigere possint confraternitatem Immaculatæ Conceptionis cum altari, in quo fidelium animæ per Missarum solemniam ex Purgatorij pœnis liberentur. *Gonzaga 2. p. in Prouinc. Basilicatæ conuentu 4.*

*Sixtus V.*

**S**ixtus V. anno 1576. in Bulla, quæ incipit *De salute gregis*, concessit vt qui visitauerint in die Conceptionis Ecclesiam S. Annæ Hospitalis Indorum in noua Hispania à fratribus Minor. in Prouinc. S. Ioseph fundatam, indulgentiam plenariam omnium suorum peccatorum consequantur, &c. *Habes apud Roderic. sub Sixto V. Bulla 12. & Gonzaga 4. p. 11 Prou. S. Greg. conuent. 6.*

Idem Sixtus anno 1585. in Bulla, quæ incipit *Expositum nobis*, concessit omnibus, & singulis Monialibus Immaculatæ Conceptionis, & vtriusque sexus fidelibus visitantibus Ecclesias Monasteriorum prædictarum Monialium in festo Conceptionis B. Mariæ Virginis, indulgentiam plenariam, & omnium suorum peccatorum remissionem. *Habes apud Roderic. sub Sixto V. Bulla 2.*

Idem Sixtus anno 1588. in Bulla, quæ incipit *Ineffabilia*, concessit, quòd fratres



Minores, & Moniales ipſis ſubiectæ poſſint recitare officiũ Immaculatæ Conceptionis Leonardi de Nogarolis cum octaua. *Habes in Regeſt. col. 172. & Vuading in legat. ſect. 3. fol. 302.*

*Clemens VIII.*

**C**lemens Octauus anno 1599. die 5. Nouembris Pontificatus ſui anno 8. in Bulla, quæ incipit *Ad augendam fidelium*, conceſſit plenariam omnium peccatorum indulgentiam viſitantibus Eccleſiam Parochialem B. Mariæ Virginis Hallenſis in die Conceptionis eiufdem Virginis. *Habes in Inſto Lipſio lib. de D. Virg. Hallen. in fine.*

*Paulus V.*

**P**aulus V. anno 1609. ad instantiam Cardinalis Arigonij ordinis Minorũ Proteſtoris viuæ vocis oraculo conceſſit fratribus Minor. vt in omnibus ſabbatis feſto nouem lectionum non impeditis poſſint recitare officiũ Immaculatæ Conceptionis, quod incipit: *Sicut lilium*, &c. ſub Ritu ſemiduplici. *Habes in Regeſt. colum 174.*

Idem Pontif. anno 1615. in Bulla, quæ incipit *Ad augendam*, conceſſit recitantibus Antiphonam Immaculatæ Conceptionis: *Hæc eſt Virga*, &c. orationem-que eiufdem: *Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem*, &c. centum dies indulgentiarum. *Habes in Regeſto colum. 175.*

Idem Pontif. anno 1616. conceſſit, vt in vno cuiuſlibet Prouinciæ conuentu ordinis Minorum, Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento patente in die Conceptionis indulgentiam plenariam confequantur fideles prædictum conuentum viſitantes, & pro falici ſtatu ſanctæ Matris Eccleſiæ ad Deum deuotè preces effundentes, &c. *P. Torres cap. 8. fol. 337.*

Idem Pontif. anno 1619. miſit ad Regem Catholicum, & filios imagines quaſdam cum omnibus indulgentijs, vſque ad ſuum tempus à Prædeceſſoribus ſuis conceſſis, quæ priori in facie figurarum habebat Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, cum hac inſcriptione *Lau-*

*detur*; in altera verò parte effigiata erat Immaculatæ Conceptionis imago, his verbis circumcirca inſculptis, *Sine peccato originali Concepta. Vuading. in legat. ſect. 3. fol. 296. Torres cap. 8. fol. 338.*

*Vrbanus VIII.*

**V**rbanus Octauus anno 1. ſui Pontificatus inſtituit ordinem Militarem ſub inuocatione Conceptionis Virginis Immaculatæ, cuius militiæ habitum ad Eliſabetham Hiſpaniarum Reginã tranſmiſit, & impertitus eſt indulgentias omnes S. Caroli Borromæi; Item indulgentias omnes canonizationis Sanctorum Quinque; Item ſimiliter omnes indulgentias Comitum de Monterey, & in articulo mortis omnium ſuorum peccatorum remiſſionem, & indulgentiam. *Habes in Regeſt. col. 560.*

Idem Pontif. anno 1627. die 21. Maij per ſuam Bullam *Ad perpetuam rei memoriam*, conceſſit indulgentiam plenariam omnibus confratribus Immaculatæ Conceptionis viſitantibus in eodem feſto Eccleſiam S. Franciſci Salmanticensis. *Habetur Bulla originalis in archiuo eiufdem conuentus. vt refert Frater Hieronymus Roderic. in Compend. Emanuelis Roderic. reſol. 30. num. 6.*

Idem Vrbanus anno 1633. per ſuam ſpeciale Bullam confirmauit piam memoriam pro Immaculata Virginis Conceptione à Philippo IV. fundatam in Monaf. Immaculatæ Conceptionis Diſcalceatarum Matritenſi, in quo ſeruatur prædicta Bulla. *Vide in Regeſt. col. 319.*

*Obſeruatio pro Indulgentijs.*

**Q**uod ſententiam de Immaculata Conceptiſſimam reddit, & magno probabilitatis exceſſu contrariam ſuperare facit, eſt Summor. Pontificum auctoritas, qui ſuis indulgentijs, & fauoribus piam opinionem fouerant, in quam ferè omnes continua ſucceſſione inclinarent. Quod non incongruè ex illorum per omnia ſæcula iam recensitis conſeſſionibus, & indulgentijs perſuadetur. Certè nil glorioſius, nil præclarior, nil firmitus alicui poteſt accedere doctrina, quàm vt à verò, & ſalutari



tari veritatis fonte propinetur. Etenim in Romanae Sedis Pastoribus veritatis arcem fundavit Christus, atque in horum oraculis veram firmavit doctrinam. Quam verò, vel minimam aliquando præbuit Ecclesia alteri opinioni auctoritatem, vel fauorem? Quando festum instituit, ut celebraretur sanctificationis non præservans? Quando sanctificationis celebravit festiuitatem? Vel quæ præmia spirituali proposuit? Vel quas obtulit, aut concessit indulgentias sanctificationis festum celebrantibus? Maneat ergo liquidò ratum Summor. Pontificum studia, dum tot fauoribus, & gratijs negatiuam sententiam cumularunt, ed tendere, ut suauiter, & leniter in hanc inducant sententiam, quam ut fideles amplectantur, priusimum inducarunt, de quo latius in tractatu apologetico ad num. 28. libelli.

Insuper plures alios fauores omisimus, qui quamuis de hoc mysterio Conceptionis mentionem facerent, nil tamen de illo speciale referebant; huiusmodi sunt concessiones factæ Monialibus Conceptionis, ut possint recitare officium S. Didaci cum octaua, ut decimas Paroebialibus non soluant, &c. Similiter eas omisimus, quæ quamuis concessæ sint omnibus festiuitatibus B. Mariæ; (inter quas Conceptionis festum numeratur) quia tamen nominatim non exprimitur, visum fuit silentio prætermittere.

Indulgentias etiam omisimus, quæ à particularium Ecclesiarum Prælatibus in suis Diocesisbus sunt concessæ ad augmentum cultum, & celebritatem Immaculatæ Conceptionis, contenti eas solùm retulisse, quæ ad commendandam B. Virginem, & à communi hominum sorde excipiendam à Summis S. R. Ecclesie Pontificibus emanarunt.

### Ecclesia, Sacella, & alia loca Immaculatæ Conceptioni sacrata.

**R**omæ anno 1403. tempore Bonifacii IX. in loco Campi Floræ, vbi hodie Ecclesia S. Martini consistit, erecta fuit Ecclesia in honorem Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ Virginis: constat ex membranula, quæ in concauo parietis

adinuenta (dum reedificaretur maius sacellum) hanc inscriptionem continebat: ANNO MCCCCIII. IN D. II. DIE MARTIS, VIII. DECEMB. TEMP. BONIF. IX. CONSECRATVM ANNO SVO VI. HOC ALTARE CVM ECCLESIA IN HONOREM CONCEPTIONIS BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ. Baling. in Kalend. Mariano fol. 673. Tomas. de Salaz. ad annum 1403.

Cœnobium Fratrum Minorum in Olomuczo ciuitate Morauia extructū extabat ante annum M. CCCCLIII. in honorem Immaculatæ Conceptionis, sed post aliquot annos hæretica prauitate supra modum in Boemia grassante ab hæreticis dirutum fuit. Gonzaga 2. p. in Prouincia Boemia conuentu a.

Monasterium Monialium ordinis S. Claræ, sed sub inuocatione Immaculatæ Conceptionis erectum in ciuitate Pacis Iulia à deuotissimo Ferdinando Regni Portugaliæ Infante circa annum 1471. Gonz. 3. p. in Prou. Algarbiorum Monast. 13.

Cœnobium Fratrum Minorum sub inuocatione Immaculatæ Conceptionis in oppido Matozinhos Lusitanicè nuncupato, erectum auctoritate S. xti IV. anno 1478. Gonz. 3. p. in Prou. Portug. conu. 13.

Cœnobium Fratrum Minorum sub inuocatione Immaculatæ Conceptionis erectum anno 1480. in oppido Plata Regni Lusitaniæ in vna insularum, quæ vulgari sermone appellantur, las Terceiras. Gonz. 3. p. in Prouin. Algarbiorum conuen. 27.

Romæ in Ecclesia S. Petri in Vaticano Sixtus IV. P. Max. circa annum Domini 1481. sacellum præinsigne ædificauit in honorem Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ Virginis. Hippolytus Marra. in Pontif. Marian. sub Sixto IV. cap. 76. Serræ. Episc. Acerneus. lib. 2. cap. 8. n. 10. Torres lib. 4. cap. 10.

Monast. Monialium Tertij Ordinis S. Francisci sub inuocatione Immaculatæ Conceptionis erectum in oppido del Viso Toletanæ Diocesis anno 1488. aucto-



ritate Innocentij Papæ VIII. & Petri Gonzalez de Mēdoza Cardinalis, & Archiep. Tolet. *Gonz. 3. p. in Prou. Cast. Monast. 17. Petrus de Salaz. lib. 7. Prou. Cast. cap. 16.*

Monast. Monialium ordinis Immaculate Conceptionis, quod est caput omnium Monasteriorum eiusdem ordinis in Vrbe Tolerana erectum pro Monialibus Cisterciensem regulam obseruantibus, sed sub inuocatione Immaculate Conceptionis facultate præbente Innoc. VIII. an. 1489. vt habes in *Regest. colum. 114.* Deinde trāsiit ad Moniales ordinis S. Claræ, sed sub eadem inuocatione Immaculate Cōceptionis. Tandem specialem regulam Iulius II. approbavit, (quam habes in *Regest. col. 128.*) & vt dicerentur Moniales ordinis Immaculate Conceptionis, statuit, & ex tunc sub regula, & inuocatione præfata permanserunt, subiiciunturquē in omnibus regimini, & curæ Fratrum Minorum ex præfati Iulij II. decreto, vt habes in *Regest. col. 130.* De hoc Monasterio plura diximus varijs in locis. Videatur *Gonz. 3. p. in Prou. Cast. Monast. 25. & Bizar de Concept. 1. p. 5, 5.*

Cœnobium Fratrum ordinis S. Hieronymi sub inuocatione Immaculate Conceptionis in Vrbe Granatensi fundatum à Catholicis Regibus Ferdinādo, & Elisabetha anno 1492. vt votum adimplerent, quod fecerant, si caperent ciuitatem à Mauris, Cœnobium in laudem Immaculate Conceptionis erecturos. *Lezana cap. 15. fol. 70. Daza cap. 11. fol. 96. Ojeda cap. 3. fol. 24. Cartagena lib. 1. bom. 19. & cōstat ex scriptura, quæ in archiuo eiusdē Cœnobij seruatur, quam ad literam adducit Daza supra. Vide Mirac. 49. colum. 577.*

Cœnobium Fratrum Minorum sub inuocatione Immaculate Cōceptionis erectum in ciuitate *Punta delgada* Regni Lusitani in prædictis insulis, quæ dicuntur *las Terceras*, circa annum Domini 1500. *Gonz. 3. p. in Prou. Algarbiorum cons. 28.*

Monast. Monialium ordinis Immaculate Conceptionis, & sub eadem inuocatione, sed ad Ordinariorum iurisdictionem spectans, erectum anno 1502. in

oppido *Lerena* Prioratus Legionensis. *Gonz. 3. p. in Prou. S. Michaelis cons. 7. & Monast. 15.*

Monast. Monialium ordinis Immaculate Conceptionis, & sub eadem inuocatione Matriti erectum anno 1504. sed sub obedientia Patrum ordinis S. Hieronymi, vulgariter *Conceptio Hieronymiana* nuncupatur. *Quintana historia Matrit. lib. 3. cap. 76. Siguença 3. p. historia ordinis S. Hieronymi lib. 1. cap. 20.*

Monast. Monialium ordinis S. Claræ in Vrbe Malacitana erectum sub inuocatione Immaculate Conceptionis anno 1505. maximè procurante, & adiuuante Fratre Ferdinando de Talauera Archiepiscopo Granatensi. *Gonzaga 3. p. in Prouincia Barica Monast. 13.*

Monast. Monialium ordinis Immaculate Conceptionis, & sub eadem inuocatione erectum in oppido *Torrijos* Diocesis Toletanæ ex speciali Iulij II. facultate anno 1507. à D. Theresia Henriq. prædicti oppidi Domina. *Gonz. 3. p. in Prou. Castella Monast. 26. Salazar in Prou. Castella lib. 8. cap. 10.*

Monast. Monialium ordinis Immaculate Conceptionis, & sub eadem inuocatione erectum in oppido *Maqueda* Tolet. Diocesis ex Iulij II. auctoritate anno 1507. à præfata D. Theresia Henriq. eiusdē oppidi Domina. *Gbz. 3. p. in Prou. Castella Monast. 27. Salaz. in Prou. Castella lib. 8. cap. 11.*

Monast. Monialium ordinis Immaculate Conceptionis, & sub eadem inuocatione erectum in ciuitate Conchenſi an. 1508. *Gonz. 3. p. in Prou. Cartag. Monast. 7. Martir Rizus in hist. Conchenſi 1. p. cap. 17. fol. 105. Agid Gonz. Dauila in Theatro Ecclesie Conchenſis.*

Cœnobium Fratrum Minorum sub inuocatione Immaculate Conceptionis à Serenissima Ioanna Hispaniæ Regina erectum in Insula Palmæ, vna ex Canarijs, anno Domini 1508. *Gonz. 4. par. in Prouin. Canaria cons. 7.*

Monast. Monialium ordinis Immaculate Conceptionis, & sub eadem inuocatione ex Apostolica Iulij II. P. Max auctoritate erectum anno 1508 in oppido, quod



quod *Cabeça del Buey* Hispanicè nūcupatur, & subest sacræ Alcantarèsi militiæ. *Gonz. 3. p. in Prou. S. Michaelis Mon. 13.*

Monast. Monialium ordinis Immaculatæ Conceptionis, & sub eadem inuocatione erectū à pientissima Heroïna Theresia Henriq. ex auctoritate Iulij II. Pōt. Max. postulante Ferdinando Rege Catholico in oppido, quod *Vfagre* Hispanicè nuncupatur an. 1509. *Gonz. 3. p. in Prou. S. Michaelis Monast. 16.*

Monast. Monialium ordinis Immaculatæ Conceptionis, & sub eadem inuocatione Matriti erectum ex speciali facultate Iulij II. anno 1512. *Conceptio Franciscana* vulgariter nuncupatur. *Gonz. 3. p. in Prou. Castella Monast. 29. Salaz. in Prou. Castella lib. 8. cap. 13. Quintana in bist. Matrit. lib. 3. cap. 77.*

Ecclesia præinsignis sub inuocatione Immaculatæ Cōceptionis Toleti erecta circa an. 1509. in palatio Archiepiscopali eiusdem ciuitatis à Card. Ximeno, in qua nobilis extat confraternitas Immaculatæ Conceptionis à Regibus Catholicis Ferdinando, & Elisabetha fundata, à Carolo V. renouata, & à præfato Card. Ximeno in meliorem formam redacta, quam cōfirmavit Adrian. VI. an. 1522. vt habes in Regest. colum. 154. *Aluarus Gom. in vita Card. Xim. lib. 3. Robles in vita eiusdem Xim. e. 16. Baling. in Kal. Marian. fol. 673. Bibar de Concept. 2. p. §. 12. folio 68. Ojeda cap. 9. §. 2. Vuading. in legat. orat. 8. fol. 303.*

Monast. Immaculatæ Cōceptioni factū, Afsisij à deuota quadam sorore Benedictina de Perusia extractū an. 1512. sed à Tertiarijs sororibus Fræiscanis inhabitatur. *Gonz. 2. p. in Prou. S. Francisci Monast. 18.*

Monast. Monialium ordinis Immaculatæ Conceptionis, & sub eadem inuocatione erectum in oppido *Carmona* anno 1513. ex facultate Leonis X. P. Max. *Gonz. 3. p. in Prou. Betica Monast. 9.*

Cœnobium Fratrum Minorum sub inuocatione Immaculatæ Conceptionis factum in oppido *Reinosa* an. 1514. *Gonz. 3. p. in Prou. Cantab. conu. 12.*

Monast. Monialium ordinis Immacu-

latæ Conceptionis, & sub eadem inuocatione erectum in ciuitate Abdala, vulgò *Almeria*, auctoritate Iulij II. Pont. Max. anno 1514. *Gonz. 3. par. in Prou. Granat. Monast. 20.*

Monast. Talabricæ Toletanæ Diocesis primū pro Tertiarijs sororibus erectum, sed postea ad habitū, & regulā ordinis Immaculatæ Cōceptionis transferunt anno 1515. *Gonz. 3. p. in Prou. Cast. Monast. 30. Petrus Salazar lib. 8. cap. 14.*

Monast. ordinis Immaculatæ Cōceptionis, & sub eadem inuocatione erectū Vlmeti anno 1516. ex facultate Leonis X. Pont. Max. *Gonz. 3. p. in Prou. Concept. Monast. 22.*

Cœnobium Fratrum Minorum sub inuocatione Immaculatæ Conceptionis prope Herreram Diocesis Tolet. oppidum, erectum ab Illustrissimo Alphonso à Sotomaïor Bellalcazarensum Comite, auctoritate Leonis X. Pont. M. anno 1517. *Gonz. 3. p. in Prou. Angelorum conuen. 13.*

Monast. Monialium Tertij ordinis S. Francisci, sed sub inuocatione Immaculatæ Conceptionis constructum in oppido *Illescas* Diocesis Tolet. à Reuerendissimo Francisco Ximeno Cardinali, & Archiep. Tolet. anno 1517. *Gonz. 3. p. in Prou. Cast. Monast. 15. Salazar in Prouino. Cast. lib. 7. cap. 14.*

Leo X. Pont. Max. reedificari fecit Ecclesiam à Leone IV. in Campo Sancto constructam, & Immaculatæ Cōceptioni consecrauit anno 1518. *Hippolyt. Marrac. in Pontif. Marian. cap. 80. sub Leone X. Tamai. de Salaz. ad ann. 1518.*

Monast. Monialium ordinis Immaculatæ Conceptionis, & sub eadem inuocatione in ciuitate Legionensi erectum anno 1518. Huic monasterio multi Summi Pōtificates, sed præcipuè Clemens VII. & Paul. III. instante Cardinali Quinonio, prærogatiuas singulares, & fauores concesserunt. *Gonz. 3. p. in Prou. S. Iacobi Monast. 16. Egid. Gonzal. Dauila in Theatro Eccles. Legion.*

Cœnobium Fratrum Minorum in honorem purissimæ Conceptionis B. Mariæ constructum in oppido *Polystina* ex  
Leo:



Leonis X. P. M. facultate anno 1520. *Gonz. 2. par. in Prouin. septem Martyrum conu. 10.*

In Monasterio S. Clara Urbis *Pontifmonstionis* in Lotharingia circa an. 1520. Philippa de Geldre Sicilia Regina duplex facellum Immaculatæ Conceptioni sacrum magnificentissimè construi curauit. *Gonz. 3. p. in Prou. Franca Monast. 7.*

Monast. Monialium ordinis Immaculatæ Conceptionis, & sub eadem inuocatione in Vrbe Vallisoletana erectum anno 1521. *Gonz. 3. p. in Prou. Concep. Monast. 23. Egidius Gonzal. Dauila in Teatro Ecclesia Vallisöl. fol. 650.*

Monast. Monialium ordinis Immaculatæ Conceptionis, & sub eadem inuocatione in oppido *Puebla de Montalban* cōstructum ex auctoritate Leonis X. anno 1522. ab Illustrissimo Domino Ioanne Pachiecho eiusdem oppidi Domino, qui reuelatione sibi facta hoc monasterium construi curauit, *Vi babes in Regest. colum. 570. Mirac. 30. Videantur Gonz. 3. p. in Prou. Cast. Monast. 31. & Salaz. in Prou. Cast. lib. 8. cap. 15.*

Monast. Monialium ordinis Immaculatæ Conceptionis, & sub eadem inuocatione erectum in oppido *Oropesa* anno 1523. ab Illustrissimo Heroe Francisco Aluarez à Toledo Oropesano Comite. *Gonz. 3. p. in Prou. Cast. Monast. 32. Salaz. in Prou. Cast. lib. 8. cap. 18.*

**Cœnobium** Fratrum Minorum sub inuocatione Immaculatæ Conceptionis in oppido *Niuela* Ducatus Brabantia sumptibus Serenissimæ Margaritæ Caroli 5. amite, & Flandria Gubernatricis constructum anno 1524. *Gonz. 3. par. in Prou. Flandria conu. 6. Torres lib. 4. cap. 6.*

Monast. Monialium ordinis Immaculatæ Conceptionis, & sub eadem inuocatione in oppido *Pontisferrati* erectum anno 1524. sumptibus Aluari Perez Osorij Militia S. Iacobi equitis aurati. *Gonz. 3. p. in Prou. S. Iacobi Monast. 17.*

Monast. Monialium ordinis Immaculatæ Conceptionis dictum communiter *Sancta Maria libera nos à pœnis inferni*, Romæ erectum anno 1525. *Gonz. 1. par. folio 21. Btuar de Concept. 1. par. §. 9.*

*Torres libro 1. cap. ultimo, folio 70.*

Monast. Monialium ordinis Immaculatæ Conceptionis, & sub eadem inuocatione in oppido *Santa Gadea* erectum anno 1526. ab Illustrissimo Castellæ Præfecto, vulgo *Adelantado de Castilla*. *Gonz. 3. p. in Prouin. Burgenfi Monast. 11.*

Monast. Monialium ordinis Immaculatæ Conceptionis, & sub eadem inuocatione constructum in oppido *Escalona* à Domino Didaco Patieco Marchione Villenico circa annum 1527. *Gonz. 3. p. in Prou. Cast. Monast. 28. Salaz. in eadem Prou. lib. 8. cap. 12.*

Monast. Monialium ordinis Immaculatæ Conceptionis, & sub eadem inuocatione constructum an. 1527. in *Ciuitate Regia* Diocesis Tolet. *Gonz. 3. p. in Prou. Cast. Monast. 33. Salaz. in eadem Prou. lib. 8. cap. 17.*

Monast. Monialium ordinis S. Bernardi, sub inuocatione Immaculatæ Conceptionis constructum facultate Pauli III. anno 1529. in oppido *de Pinto*, sed postea Matritum translatum. *Quintana in hist. Matrit. lib. 3. cap. 98.*

Cœnobium Fratrum Minorum sub inuocatione purissimæ Conceptionis cōstructum in ciuitate Episcopali, quæ vocatur *Oppidum*, ex Clementis VIII. facultate anno 1530. *Gonz. 2. p. in Prouin. septem Martyrum conu. 5.*

Monast. Monialium Tertij ordinis S. Francisci, sed sub inuocatione Immaculatæ Conceptionis, in oppido *Sancti Martini de Valle Ecclesiarum* Diocesis Tolet. erectum anno 1530. Paulus IV. anno 1545. ratam habuit speciali diplomate dictam foundationem. *Gonz. 3. p. in Prou. Cast. Monast. 22.*

Monast. Monialium ordinis Immaculatæ Conceptionis sub inuocatione Matris Dei in ciuitate Iuliobriga (vulgo *Logroño*) erectum anno 1531. à deuotissimo Ioanne Enciso Caroli V. Germanorum Imperatris primo Quæstore. *Gonz. 3. p. in Prou. Burgenfi Monast. 12.*

Monast. Monialium ordinis Immaculatæ Conceptionis, & sub eadem inuocatione constructum in oppido *Fuente-ouejuna* Diocesis Cordubensis, an. 1531.

*Gonz.*



Gonz. 3. p. in Prou. Angelorum Monast. 7.

Monast. Monialium ordinis Immaculatae Conceptionis, sed sub eadem inuocatione sancti Acacii in ciuitate *Guadalfagiaræ* Diocesis Tolet. constructum anno 1532. Gonz. 3. p. in Prou. Cast. Mon. 34. Salaz. in eadem Prou. lib. 8. cap. 18.

Monast. Monialium ordinis Immaculatae Conceptionis, & sub eadem inuocatione in ciuitate *Truxillo* Hispanicè nuncupata, constructum anno 1533. Gonz. 3. p. in Prou. S. Michaelis Monast. 14.

Sancta Ecclesia Cathedralis de *Honduras* in noua Hispania erecta an. 1539. ex facultate Pauli III. dicata fuit Immaculatae Conceptioni Virginis Mariæ. *Egidius Gonzalez Dauila to. 1. Theatro Ecclesiast. Indiarum in Ecclesia de Honduras.*

Monast. Monialium ordinis Immaculatae Conceptionis, & sub eadem inuocatione erectum in ciuitate *Abulensi*, anno 1539. constructum. Gonz. 3. p. in Prou. Concept. Monast. 26. *Egidius Gonz. Dauila in Theat. Eccles. Abul. fol. 217.*

Cœnobium Fratrum Minorum sub inuocatione Immaculatae Conceptionis, erectum in oppido *Izatlanis* in Regno *Xalisci* circa annum Domini 1540. Gonz. 4. par. in Prou. Sanctorum Petri, & Pauli conu. 24.

Monast. Monialium ordinis Immaculatae Conceptionis, & sub eadem inuocatione erectum in oppido *Castellonij à Planicie* Valentini Regni, quod cum per aliquot annos Episcopali curæ subiacuisset, & sub reguâ S. Claræ militasset, ex Apostolico Clementis Septimi P. Max. mandato anno 1540. ad Moniales ordinis Immaculatae Conceptionis sub cura Fratrum Minorum transijt. Gonz. 3. p. in Prou. Valent. Monast. 7.

Monast. Monialium ordinis S. Claræ, sed sub inuocatione Immaculatae Conceptionis erectum in ciuitate *Velez Malaga* an. 1540. Gonz. 3. p. in Prou. Gran. Mon. 15.

Monast. Monialium ordinis Immaculatae Conceptionis, & sub eadem inuocatione erectum in oppido *Villafranca Asturicensis* Diocesis an. 1543. ab Illustrissimo Heroe Petro à Toletis, eiusdem oppidi

Marchione, & Prorege Neapolitano.

Gonz. 3. p. in Prou. S. Iacobi Monast. 18.

Monast. Monialium Tertij ordinis S. Francisci, sed sub inuocatione Immaculatae Conceptionis, erectum in oppido *Veas* anno 1544. Gonz. 3. p. in Prou. Carthag. Monast. 10.

Monast. Monialium ordinis Immaculatae Conceptionis, & sub eadem inuocatione erectum an. 1546. in oppido *Aillonio* Seguntinæ Diocesis ab Illustrissimo Heroe Didaco Lopez Patieco Marchione de Villena, & prædicti oppidi *Aillonij* Domino. Gonz. 3. p. in Prou. Concept. Monast. 24. *Egid. Gonzal. Dauila in Theatro Ecclesie Segunt.*

Monast. Monialium ordinis Immaculatae Conceptionis, & sub eadem inuocatione erectum in oppido *Berlanga* anno 1547. ab Illustrissimis eiusdem oppidi Marchionibus, & Castellæ Comestabilibus. Gonz. 3. p. in Prou. Concept. Mon. 25. *Egid. Gonzal. Dauila citat.*

Monast. Monialium ordinis Immaculatae Conceptionis, & sub eadem inuocatione erectum in ciuitate *Turiasonenfi* anno 1549. ex Iulij III. P. Max. facultate. Gonz. 3. p. in Prou. Aragonia Monast. 8. *Torres lib. 1. cap. ultimo.*

Cœnobium Fratrum Minorum sub inuocatione Immaculatae Conceptionis erectum in oppido *Iniesta* Conchensis Diocesis anno 1549. Gonz. 3. p. in Prou. Carthag. conu. 25.

In Ecclesia Parochiali S. Andreæ ciuitatis *Giennensis* extat insigne sacellum sub inuocatione Immaculatae Conceptionis, erectum anno 1550. à Domino *Gutierrio Gonzalez* Protonotario Apostolico, & Domini Papæ *Commensali*; vt præfert titulus prologi ad librum ab ipso editum de *Doctrina Christiana*, *Toleti*, impressum 1564. Vide *Ximenez Paton in historia Giennensi, cap. 37. fol. 196.*

Monast. sub inuocatione Immaculatae Conceptionis intra oppidum de *Medellin*, Apostolica Iulij II. autoritate an. 1551. erectum. & à Tertiarijs sororibus *Franciscanis* per septemdecim annos inhabitatum, sed anno 1578. transijt ad Moniales ordinis Immaculatae Conceptionis, illisque in



praesentiarum vsque deservit. *Gonz. 3 p. in Prou. S. Michaelis Monast. 17.*

Monast. rium Monialium ordinis S. Clarae, sed sub inuocatione Immaculatae Conceptionis erectum in oppido *Aianquerij* Diocesis Olyssipponensis an. 1553. *Gonz. 3. p. in Prou. Portug. Monast. 4.*

Cœnobium Fratrum Minorum sub inuocatione Immaculatae Conceptionis erectum anno 1553. in ciuitate Conceptionis, sic dicta ob singularem huius Prouinciæ deuotionem circa hoc mysteriũ. *Gonz. 4. p. in Prou. Sanctissimæ Trinitatis de Chile conu. 2.*

Cœnobium Fratrum Minorum sub inuocatione Immaculatae Conceptionis in oppido *del Pedroso* à B. Petro de Alcãtara fundatum circa annum 1554. *Gonz. 3. p. in Prou. S. Ioseph. conu. 2. Ioannes à S. Maria in Chron. Prouinc. S. Ioseph lib. 1. cap. 8. p. 1.*

Monast. B. Mariæ Virginis in ciuitate *Baeza* ex auctoritate Pij IV. anno 1560. qui ad fundatorum instantiam præcepit, vt à Monialibus Immaculatae Conceptionis habitaretur, & quod ex Monasterio Clarissarum eiusdem ciuitatis fundatrices adducerentur, quæ cum habitum, & regulam S. Clarae dimittere nolent, vt fundatorum votis ex parte satisfacerent, supra totalem eundem habitum Conceptionistico scapulari vti voluerunt. *Gonz. 3. p. in Prou. Granat. Monast. 18. Agidius Gonzal. Danila in Theat. Eccles. Gien.*

Cœnobium Fratrum Minorum sub inuocatione Immaculatae Conceptionis erectum in oppido *Montone* in Istria circa annum 1560. *Gonz. 2. p. in Prou. Dalmatiae conu. 3.*

Monast. Monialium ordinis Immaculatae Conceptionis, & sub eadem inuocatione erectum in oppido *Tordelaguna* Diocesis Tolet. ex facultate Pij IV. anno 1562. *Gonz. 3. p. in Prou. Cast. Monast. 36. Petrus de Salaz. in eadem Prou. lib. 8. cap. 20.*

Cœnobium Fratrum Minorum sub inuocatione Immaculatae Conceptionis erectum in Diocesi Palentina prope oppidum *Villanueva*; ipsum autem Cœno-

bium vulgariter appellatur *Villaluin*; pertinuit olim ad Conuentuales Franciscanos, sed ad obseruantes transiit an. 1564. ex præcepto Pij IV. P. Max. *Gonz. 3. p. in Prou. Concept. conu. 21.*

Monast. Monialium Tertij ordinis S. Francisci sub inuocatione Immaculatae Conceptionis erectum in oppido *Alcaraz* anno 1564. *Gonz. 3. p. in Prou. Cartag. Monast. 17.*

Monast. Monialium ordinis Immaculatae Conceptionis, & sub eadem inuocatione erectum in oppido *Penaranda* ab Illustrissimis eiusdem oppidi Comitibus anno 1564. *Gonz. 3. p. in Prou. Concept. Monast. 27.*

Monast. Monialium ordinis Immaculatae Conceptionis, & sub eadem inuocatione erectum in oppido de *Escariche* Toletanæ Diocesis anno 1567. *Gonz. 3. p. in Prou. Cast. Monast. 38. Salaz. in eadem Prou. lib. 8. cap. 22.*

Monast. Monialium ordinis S. Mariæ de Carmelo à S. Theresia constructum sub inuocatione Immaculatae Conceptionis in ciuitate Vallisoleiana an. 1567. *Hippolytus Marrac. in fundatoribus Marian. cap. 37. Agidius Gonz. Danila in Theatro Eccles. Vallisal.*

Cœnobium Fratrum ordinis Carmelit. Reformat. sub inuocatione Immaculatae Conceptionis *Pastranae* erectum à S. Theresia circa idem tempus. *Hippolyt. Marrac. supra.*

In Cœnobio Fratrum Minor. S. Petri in *Balneo* extat altare maius Immaculatae Conceptioni consecratum ab Episcopo Salaminensi ex auctoritate Pij V. anno Domini 1568. *Gonz. 2. p. in Prou. Tuscia conu. 50.*

